This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L 53.30



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

14 Oct. 1871.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PUBLILII SYRI

SENTENTIAE.

AD FIDEM CODICUM OPTIMORUM
PRIMUM RECENSUIT

EDUARDUS WOELFFLIN.

ACCEDIT INCERTI AUCTORIS LIBER QUI VULGO DICITUR
DE MORIBUS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXIX.

Digitized by Google

Ls 53.30

1871, Oct. 14.
Salisbury Fund.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Digitized by Google

CONRADO BURSIAN

MNEMOSYNON TURICENSE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. De Publilio Syro mimographo.

Nomen Publilii Syri varias expertum est fortunae vices. Nam cum per totum, quod dicunt, medium aevum in oblivionem cecidisset et Seneca philosophus earum sententiarum, quas edidimus, auctor esset habitus, extitit quidem Desiderius Erasmus, qui illas suo auctori vindicaret, sed idem recentiorum librorum corruptelis in errorem implicatus, tam monstrosum induxit Publii Syri nomen, ut quomodo praenomen in nomen gentile abierit, vix explices, nisi forte ad celeberrimum iuris interpretem, Gaium dico, vel ad Marcum evangelistam velis provocare. Nostris autem temporibus, cum Silligius, doctissimus Plinii editor, auctoritatem codicis Bambergensis secutus, verum Publilii nomen poetae reddidisset, a multis, ut est difficillimum diuturnam vincere consuetudinem, ei denegata est fides, donec Ciceronis, Senecae et rhetoris et philosophi, Gellii, Macrobii, Hieronymi libros manu scriptos idem Publilii servasse nomen innotuit. Cf. Plin. nat. hist. 35, 58, 199; Cic. ad Attic. 14, 2; Sen. controv. pg. 202, 24. 206, 6. 8. 20. coll. 206, 2. 211, 24 Burs. Sen. epist. 8, 8; Gell. n. a. 17, 14; Macrob. Sat. 2, 7, § 5. 6. 8; Hieron. ad Euseb. Chron. 1974 Amand.

Nunc demum, postquam in Philologi vol. XXII. pg. 439 seq. veterum testimonia, quanta fieri poterat fide collegi, Publilii nomen a plerisque, inter quos Ritschelium honoris causa nomino (opusc. philol. II. 663), probari video et ab iis receptum esse laetor, qui litterarum Romanarum historiam nuperrime conscripserunt, Baehrio et Teuffelio. Denique si quis Publilium a librariis in Publium saepe depravatum esse ut pluribus exemplis confirmetur desideret, satis magnum proferre locorum numerum res erit non

Digitized by Google

multi laboris*): adeo vulgare est illud vitii genus, (hemigraphiam dixerim vel haplographiam) praesertim ubi rariora sunt nomina, quae loco deturbantur, magis nota ac trita, quae irrepunt, ut ne id quidem mirum nos habere debeat, non uno loco, sed pluribus librarios eodem modo peccasse. Quae enim esse potest auctoritas codicum, Ciceronis epist. 12, 18, Senecae de tranq. an. 11, 8, Plin. nat. hist. 8, 51, 77, Macr. Sat. 2, 2, 8, in quibus praenomen Publii scriptum esse haud ignoro, cum eundem poetam ab iisdem scriptoribus audire Publilium supra demonstratum sit? Itaque ne eorum quidem sententiam tueri velim, qui utrumque nomen et Publii et Publilii recte se habere rati poetam nostrum Publium Publilium nominaverunt: nam apud nullum scriptorem haec duo nomina coniuncta leguntur.

De altero poetae nomine, quod Plinius n. h. 35, § 199 tradidit: *Publilium Lochium mimicae scaenae conditorem et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum, item grammaticae Staberium Erotem eadem nave advectos videre proavi,* adhuc sub iudice litem esse lubenter confiteor. Quodsi cui contigerit, ut facili medela ex codicis Bambergensis scriptura nomen illud graecum eliciat, quo inter Syros, antequam Romam adduceretur, puer usus erat, aut si quis Lochium fuisse nomen graecum evicerit, nos certe non habebit inventi invidos. Interim, donec meliora edoceamur, Plinium non *Lochium*, sed *Antiochium* scripsisse statuamus**), patria accuratius significata quam factum est a ceteris scriptoribus, quorum exemplo poetam Syrum cognominare consuevimus. Quin immo haud defuerunt, qui versiculo aliquo a Caesare ex tempore fuso (cf. infra pg. 9) abusi eum simpliciter Syrum vocarent, tamquam id nomen apud veteres in iustum ac legitimum evaluisset, in quo non addito gentili acquiescere pos-

*) Cf. Tac. hist. 2, 92 *Praeposuerat praetorianis P. Sabinum*, ubi *Publilium* emendandum esse coll. hist. 3, 36 *Publilium Sabinum praetorii praefectum* primus vidit Halmius. Apud Liv. 10, 9, 2 *Publilius* debetur Glareano, apud Cic. epist. ad Attic. 12, 24, 1. 12, 28, 2 Bosio, ut nihil dicam de Lucilio sexcenties in Lucium corrupto.

**) Similiter apud Tacitum 13, 7 *iochum* scriptum est in Mediceo, recte in editionibus *Antiochum*. Quod ad rem attinet, haud absurda est coniectura Publilium fuisse popularem Archiae, de quo cf. infra pg. 9.

Digitized by Google

semus. Quod secus se habere hoc loco breviter monendum putavimus.

Sed ne accuratius investigemus, quod fuerit poetae nomen quaeque eius patria, videamus qua ingenii indole nomen suum immortali posteritatis memoriae commendaverit. Macrobius igitur in Sat. 2, 7, 6 seq. haec tradidit: *Publilius, natione Syrus, cum puer ad patronum domini esset adductus, promeruit eum non minus salibus et ingenio quam forma. Nam forte cum ille servum suum hydropicum iacentem in area vidisset increpuissetque, quid in sole faceret, respondit Aquam calefacit. Ioculari deinde super cena exorta quaestione, quodnam esset molestum otium, aliud alio opinante ille, Podagrici pedes, dixit. Ob haec et alia manu missus et maiore cura eruditus, cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus est Romae per Caesaris ludos.* Si vero subtilius quaeras, non Macrobius sed Gellius lib. VIII. cap. 15 haec primus tradidisse censendus est, quod et deperditi illius libri docet summarium, nec abhorret a moribus Macrobii, quem permulta impudenter a Gellio furatum esse nemo nescit. Quod autem Suetonius in illo de viris illustribus libro, quo poetarum latinorum vitas complexus est, Publilium dixit *mimographum*, Laberium contra *mimorum scriptorem*, id nullam aliam ob causam factum esse arbitror, nisi quod illi moris erat poetas Italia oriundos latino vocabulo scriptores appellare, ut Accium tragoediarum, Lucilium satirarum, Quintium A[illegible] togatarum, Pomponium [illegible] Atellanarum scriptorem, [illegible] minum scriptorem dixit, [illegible] mimographum. [illegible] cedere [illegible] esset cum [illegible] sententiis [illegible] verba [illegible] pretare[illegible].

Quam[illegible] repetere. [illegible] aetate [illegible] celebra[illegible] culti sint. At primum [illegible]

plane diversos a ceteris comoediae generibus, cum et iusto fabulae argumento carerent, nec in universum in scaena agi solerent. Immo quae de illis scurrarum artificiis memoriae prodita sunt, satis declarant in exercenda arte mimica non fuisse locum nisi uni actori. Sic Eudicos pugiles et athletas imitari solebat (Athen. 1, 19 F), sic Oenonas Ulixen per longos errores patrii sermonis oblitum et barbara loquentem, sic Theodorus trochlearum crepitum (Plut. de aud. poet. 18 B), sic Parmenon suem grundientem (Plut. quaest. sympos. 674 B, Paroemiogr. graeci, ed. Leutsch, append. II. 87, Phaedr. fab. 5, 5), sic etiam saeculo quarto p. Chr. exeunte Marcus quidam quadrupedum et avium voces teste Ausonio epigr. 76. Mitto alios: nam interciderunt nomina, ut illius, *qui primum invenit causidicos imitari* (Jahn, spec. epigr. p. 38, N. 107), vel qui ebrios (Athen. 14, 621, C). Cf. Jahnii Proleg. ad Persium pg. LXXXIV sqq. et Grysari libellum 'der römische Mimus' pg. 7 sqq. Qui tali modo risum movebant, proprie dicebantur *mimum agere; mimi* dicti sunt et scurrae et ipsum spectaculi genus: sed numquam singuli versus mimorum nomen habuerunt. *Mimus*, ut ait Diomedes (p. 491, 13 K.) *est sermonis cuiuslibet et motus sine reverentia, vel factorum et [dictorum] turpium cum lascivia imitatio;* παίγνια appellat Plutarchus quaest. sympos. 7, 8, 4. Scurras modo in circulis, adstante plebecula spectandi cupida, artem ludicram exercuisse, modo in conviviis divitum cum per se consentaneum, tum nonnullorum auctorum testimoniis comprobatum est; Sullam imprimis huius farinae mimis et saltatricibus delectatum esse auctor est Plutarchus in vita Sullae, cap. 2 et 36. Haec hactenus de altero mimorum genere, quod proprie extra scaenam agebatur.

Neque tamen mirandum est in theatra quoque admissos esse mimos, ubi aut embolii aut exodii vice fungerentur. Cf. Liv. 7, 2, 11. Iam fac illi, qui muliones imitari solebat, (Petron. Sat. 68) praesto fuisse mulum; fac illi, qui causidicos ludificabatur, adstitisse, quem magna voce increparet vel qui accusati partes ageret: en iacta sunt initia dialogi, qui ipse dramatis quasi fons esse recte iudicatur. Huc pertinet, quod Athenaeus 10, 452 F narravit de Ischomacho mimo: imitatum eum esse hominem rusticum vino epulisque

Digitized by Google

oneratum, iocularia agentem cum medico advocato. Qua in re nolim equidem negare antiquitus unius mimi fuisse primarias partes, reliquos archimimum adiuvisse vocibus admodum raro interiectis; sed hoc in aperto est, inductis sermonibus alternis et aucto mimorum numero facile fieri potuisse, ut mimi tempore procedente ad similitudinem Atellanarum amplificarentur, id est ut in locum eius, quod principio fuerat personae reive comicae repraesentatio, iusta fabularum argumenta succederent, vel ut graeco vocabulo utar a Plutarcho quoque in definiendis mimi generibus usurpato, *ὑποθέσεις*. Idque multo ante tempora Sullana factum est (cf. Mart. Hertzium in Jahnii annalibus, vol. 93, pg. 581), et ita quidem, ut in catulario mimo Laberii, (cf. Ribbeckii Comic. lat. fragm. pg. 240 et Scylacem, pg. 249) in eiusdem ariete ac tauro (ibid. pg. 238. 250), in scrofa grundiente (ibid. pg. 249, v. 82) facile agnoscas, quibus initiis mimus ad tantum incrementum pervenerit. Nec immerito Laberii 'Late loquentes' i. e. *πλατυλόγους*, et 'Gallos', quorum sermonem rusticum poeta in ludibrium vertisse putandus est*), cum Ulixe conferas, 'Fullones, Piscatorem, Restionem, Staminarias' et reliqua opificiorum genera in mimis descripta cum mulione vel causidico, de quibus modo verba fecimus. Sed quomodo mimus aliquis inscriptus esse potuerit 'Marius' (ita ex coniectura scribitur Com. lat. pg. 245), ego quidem non assequor.

Horum memoria primordiorum ne posterioribus quidem temporibus obscurata est. Quod enim olim suo iure dici solebat 'mimum agere', cum unus ageret, hoc usurpari non desitum est, cum ad mimum agendum non paucioribus histrionibus opus esset, quam in reliquis fabularum scaenicarum generibus. Iam igitur dicebatur mimum agere, non qui solus actoris partes sustinebat, sed unus quisque, cuius in mimo agendo aliquae erant partes, sive primae, sive secundae. Quae locutio cum facile errorem procreare potuerit, non mirum videbitur, inde falsam illam opinionem ortam et usque

*) Utrum 'Tusca' quoque Laberii huc faciat, an potius intelligenda sit meretrix vici Tusci, videant alii. Cf. Plaut. Curc. 482. Hor. Sat. 2, 3, 228. — Priscianum X. 8, p. 900 P. scripsisse conicio: *Publilius in Murmillone* (vulgo *Murmunthone, Murmurcone* vel *Murmidone*) *'Cellas servorum converri'*.

Digitized by Google

ad nostra tempora propagatam esse, quasi omnes mimi ita fuerint compositi, ut ab uno agerentur. Ne tamen arguar rem in maius auxisse, adscribam quae leguntur in libro a Guhlio et Konero edito, das Leben der Griechen und Römer, pg. 704 ed. sec. '*In einer Harlekinstracht spielte der mit dem ersten Rollenfach betraute archimimus vor einer Gardine, welche die vordere Bühne von der hinteren trennte. Allen übrigen in der Posse auftretenden Personen waren nur Nebenrollen zugewiesen und secundierten sie das Spiel des Hauptacteurs nur durch gelegentliche Antworten, sowie durch Gesticulationen*', cui sententiae cum alia refragantur, tum inscriptio apud Gruterum vol. III. N. 1089, quae sexaginta mimos sive adlectos in honorem Eutychae archimimi, i. e. principis gregis, monumentum statuisse testatur. Cf. etiam Pauly, Real-Encycl. V, 36. 37; Grysar l. l. pg. 25. 26. 35.

Mimo semel in scaenam recepto paulatim ad altiores perfectionis gradus perventum esse crediderim. Nam primo, cum mimus esset acroama ab uno aliquo histrione editum sive saltatiuncula (cf. Festus p. 326 ed. Muelleri), in extrema scaenae ora agebatur ante aulaeum: post, cum mimi iam ad legitimam fabularum formam accessissent et personarum numero in dies crescente ampliore spatio opus esset, novum veli genus, quod siparium vocabant, mediae scaenae ita obductum est, ut in exteriore sive antica parte proscaenii mimici histriones spectatorum turbam oblectarent, post siparium autem eodem tempore, quae ad iustam fabulam scaenicam necessaria erant, pararentur. Hoc quando primum factum sit quisve fuerit siparii inventor, nemo veterum nominatim prodidit, (cf. Cic. de prov. consul. § 14, quae oratio habita est anno u. c. 698) nec recentiorum quisquam, quod sciam coniectura assequi conatus est: sed de scaena ad agendos mimos amplificanda optime meruisse Publilium equidem pro comperto habeo. Id ipsum significare voluisse Plinium puto, cum *scaenae mimicae conditorem* appellaret, idemque summo opere miror, Grysarum his verbis deceptum Publilio, homini privato, qui neque architectus neque amplis fortunae muneribus ornatus esset, gloriam theatri conditi vindicasse, etsi primum Pompeium anno 55 a. Chr. '*mansuram theatri sedem posuisse*' satis testatur Tacitus ab exc. D. A. 14, 20.

Digitized by Google

Si verba Plinii et Macrobii recte interpretatus sum, patet Publilium scripsisse illum quidem mimos, sed multo maiorem gloriam eo consecutum esse, quod eos egregie scaenae accommodavit atque ipse primas partes agere consueverat. Syriam in qua natus erat, constat iam Publilii aetate et postero quoque tempore abundasse omnibus luxuriae instrumentis, praesertim histrionibus. Cf. Philolog. 22, 443. Accedebat huc ingenii quaedam sollertia ac festivitas, propria illa Syrorum ac praecipue Antiochensium; accedebat extemporalis facilitas, qua Archiam, qui et ipse Antiochensis fuit, inclaruisse accepimus. Cf. Cic. pro Arch. § 4. 18. Quintil. 10, 7, 19. Quid mirum, Publilium, versibus fingendis promptum, agendis mimis excelluisse, in quibus multa ex tempore fundi solita esse admodum verisimile est. Eius artis et facultatis clarum dedit specimen anno a. Chr. quadragesimo quinto, cum Caesar, dictator in perpetuum creatus, imperator idem et consul in decem annos, quo memoriam imminutae libertatis tolleret, magnificentissimos ludos apparavit. Tum igitur Laberium, asperae libertatis equitem Romanum, paene sexagenarium, quingentis milibus invitavit, ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat; nec non Publilium Romam accivit, ut cum Laberio certamen iniret, cui certamini se adfuisse ipse Cicero scribit in epistul. lib. 12, 18. Publilius cum omnes, qui tunc scripta et operas suas in scaenam locabant, provocasset, ut singuli secum posita invicem materia pro tempore contenderent, nullo recusante superavit omnes, in quis et Laberium: unde Caesar arridens hoc modo pronuntiavit

Favente tibi me victus es, Laberi, a Syro

statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit.

Cui narrationi, quam ad verbum fere ex Macrobio descripsimus, pauca nobis sunt addenda. Ac primum quidem admiratione dignum prudens Caesaris consilium, qui, cum mimi plebi spectandi cupidae essent gratiores magisque accepti quam serii argumenti fabulae, tunicati populi auribus nimium fere indulsit, dummodo gratiam sibi quaereret. Ex Gellio (17, 14) deinde adnotandum, Laberium rei publicae

Digitized by Google

liberae acerrimum propugnatorem Caesarem offendisse, ut his verbis:

Porro, Quirites! libertatem perdimus.
Necesse est multos timeat, quem multi timent.

unde non invito Caesare factum esse, ut victus discederet, iure suspiceris. Et quamquam infamiam scaenam ingressi dono lenivit, quod censum equestrem vel superaret, altera tamen macula principatus, quem Laberius inter scaenicos poetas obtinuerat, labefactati remansit. Denique quam diversa fuerit Laberii et Publilii indoles, ex illo certamine elucet: Laberium litteris fuisse natum videmus, scaenae Publilium; illum, in verbis novandis audacissimum ideoque a Gelliis et Noniis saepissime citatum, mimos suos in vulgus edidisse scimus, huic, ex Syria advecto, cui sermo latinus non esset patrius et nativus, sed grammaticorum praeceptis inculcatus*), nihil aliud fuisse propositum crediderim, quam ut, cum ipse archimimus esset, fabulas spectantibus probaret. Itaque factum est, ut pertenuis eius mimorum memoria ad posteros propagaretur. Caesare Publilii fautore idibus Martiis anni quadragesimi quarti interfecto poetam Romae mansisse et ineunte mense Aprili mimos in theatro egisse tradidit Cicero in epist. ad Attic. 14, 2 *ex priore epistola theatrum Publiliumque* (sic recte restituit Baiterus ex Mediceo) *cognovi, bona signa consentientis multitudinis,* ita ut Publilius ardorem populi libertatis recuperandae cupidi secutus esse videatur. Cum autem Laberius decimo mense post Caesarem Putcolis esset mortuus, Publilius Romae scaenam tenuit, cuius rei auctor est Hieronymus in Chronico ad a. 711 u. c., vel potius Suetonius pg. 295, 22 ed. Rothii. Quando vitam finiverit, non constat.

Insignem laudem adeptus est Publilius brevibus illis sententiis, moralibus et philosophorum praeceptis similibus, acutis lepidisque, quas ut argumentorum lasciviam mol-

*) In mimorum prologis ac dialogis Laberium imitatus verba composita hic illic primus finxisse videtur, ex. gr. *pietaticultrix*, *gracilipes*, sed in sententiis puro se sermoni adplicabat. Cf. etiam Plinius nat. hist. 8, § 209: *Publilii mimorum poetae cena, postquam servitutem exuerat, nulla memoratur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo inposito.*

Digitized by Google

liret, mimis inserebat. Itaque, qui domum aliquid ex theatro referre vellet, habebat, quod propter brevem ambitum certosque iamborum trochaeorumve ictus auribus facile insideret animoque insculptum maneret. Iis sententiis iam Augusti temporibus tantus in rhetorum scholis habitus est honor, ut discipulis exemplo proponerentur*), tantaque earum fuit admiratio inter adulescentulos, ut verborum aculeos et mucrones, antitheta, translationes variosque colores imitati ad insaniam usque detorquerent. Huius sententiosi generis est, quicquid fere versuum Publilianorum a Senecis patre et filio affertur, sed memoriter, quod ex Sen. controv. pg. 206, 4 sq. Burs. perspicuum est. Pariter Senecam philosophum, quos laudavit versiculos non ex libris descripsisse, sed in theatro audivisse ipsius verba aperte produnt, epist. 108, 8. 9: *Nonne vides, quemadmodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt, quae publice agnoscimus et consensu vera esse testamur?*

Desunt inopiae multa, avaritiae omnia.

ibid. § 12: *Cum haec atque eiusmodi audimus etc.* Epist. 94, 43:

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Haec cum ictu quodam audimus etc. Quid? quod Seneca rhetor ut Publilii sententiam hanc attulit:

Desunt luxuriae multa, avaritiae omnia,

qui idem versus in nostris codicibus sic traditus est:

Inopiae parva (leg. *pauca*) *desunt, avaritiae omnia.*

Qui dissensus haud scio an ita explicandus sit, ut aut lapsum memoriae subesse aut histriones verba suo arbitrio variasse statuamus.

Ut autem in Senecae philosophi libris multa extant paternae disciplinae vestigia, ut vel in rebus minutis patris exemplum expresserit**), ita mirifice concinunt, quae ille pg. 206, 11 Cassium Severum de Publilio dicentem facit: *multa apud eum melius esse dicta, quam apud quemquam co-*

*) Sen. rhet. 202, 24 Burs. *Publilianum dedit,* 211, 24 *Publilianam sententiam dedit Festus quidam orator.*

**) Animadverti ex. gr. utrumque abstinuisse vocabulo *etsi,* et vitandae amphiboliae causa praetulisse *etiamsi.*

Digitized by Google

micum tragicumque aut Romanum aut Graecum, et plurimos deinceps versus referebat Publilii disertissimos, et quae Seneca scripsit in epist. 8, 8: *Quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet! Quam multa Publilii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt!*

Haud raro igitur (cf. adnotat. crit. ad v. v. 28. 58. 105. 138. 157. 330. 484. 572. 601) Seneca orationem ad similitudinem sententiarum Publilianarum conformavit, praesertim in clausulis. Cf. Quintil. 8, 5, 14. Idem in tragoediis deprehenditur (cf. ad v. v. 103. 363. 459. 640), ut hoc quoque argumento philosophum earum esse auctorem confirmetur. In hoc nimio fere Publilii studio mihi quidem admodum probabile est, quae leguntur de brev. vitae 12, 8: *I nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura mehercules praetereunt quam fingunt, et tanta incredibilium vitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus neglegentiam*, item referenda esse ad Publilium, fortasse ad locum celeberrimum, quem attulit Petronius Satiricon cap. 55: *Rogo, quid putes inter Ciceronem et Publilium interesse? Ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. Quid enim his melius dici potest?*

Luxuriae rictu Martis marcent moenia.
Tuo palato clausus pavo pascitur
Plumato amictus aureo Babylonico,
Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado:
Ciconia etiam grata peregrina hospita
Pietaticultrix gracilipes crotalistria
Avis, exul hiemis, titulus tepidi temporis
Nequitiae nidum in cacabo fecit modo.
Quo margarita cara tribaca Indica?

* * *

An ut matrona ornata phaleris pelagiis
Tollat pedes indomita in strato extraneo?
Zmaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos
Nisi ut scintilles? probitas est carbunculus.
Aequum est induere nuptam ventum textilem,
Palam prostare nudam in nebula linea?

Digitized by Google

De horum versuum auctore cum virorum doctorum sententiae in diversa abeant (cf. Bernhardy, hist. litt. rom. pg. 460, adnot. 357, edit. quartae), non supervacaneum esse videtur monere, quae Buechelerus per litteras mihi significavit, pavonis saginationem (cf. Plin. nat. hist. 10, § 45 et Varr. de re rust. 3, 6), ciconiae apparationem in gratiam hominum delicatorum (Hor. Sat. 2, 2, 50 cum scholiis), usum Coarum vestium (i. e. venti textilis) non ultra Caesaris tempora ascendere, elegantiam vero ipsorum versuum et frequentem allitterationis usum vix admittere, ut posteriori aetati tribuantur. Quae omnia optime inter se congruent, si illos versus Caesaris aequali, Publilio Syro vindicaveris; nec si statuas, id quod unice verum est, Petronium Neronis aetate vixisse, mirum videbitur, quod illorum versuum mentionem iniecit.

Quod Quintilianus libro X. de poetis latinis disserens Publilium non memoravit, facilem explicatum habet. Nam praeterquam quod oratori*) copia verborum non ex mimis petenda est, illis temporibus admiratio Publilii iam defervuerat, quare illum versum, quem instit. or. 8, 5, 6 et 9, 3, 64 protulit

Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet,

a Quintiliano non ex ipsa Publilii lectione, sed ex Senecae controversiis (pg. 206, 14 Burs.), quas ipse laudat lib. 9, 2, 42, haustum esse crediderim.

Haud multum igitur abfuit, quin Publilii nomen oblivione obrueretur, nisi amator quidam illius sententiarum memoriam earum reduxisset. Extitit enim, iam primo, ut opinor, saeculo post Chr. n. cum Publilii mimi adhuc vigebant, saltem Gellii aetate prior, qui eas suo consilio colligeret collectasque ederet, non ad fidem exemplarium manu scriptorum, sed auribus potius ab histrionibus exceptas, quales ore vulgi traditas aut in theatro celebratas deprehenderat. Cf. Gellius 17, 14, 3: *Huius Publilii sententiae feruntur*

*) Cf. C. Iulius Victor in arte rhetor. cp. 26, pg. 447, 33 ed. Halmii: *Sermonis usus multo frequentior quam orationis est . . . . Multum ad sermonis elegantiam conferent comoediae veteres et togatae et tabernariae et Atellanae fabulae et mimofabulae.*

Digitized by Google

pleraeque lepidae et ad communem sermonum usum commendatissimae, ex quibus sunt istae singulis versibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere. Sequuntur versus nostrae editionis 362. 55. 176. 106. 104. 193. 221. 178. 264. 245. 645. 383. 416. 469. Quae autem ille in edendis Publilii sententiis peccavit, nostrum est damnum (nam quotquot servati sunt codices, ex illo libello fluxerunt omnes); velut versus 37, Terentianus Andriae 3, 3, 23, nisi est ab interpolatore additus, editoris potius neglegentia irrepsisse videtur quam ab ipso Publilio in scaena repetitus. De versu 338 Laberiano, et 430 Enniano dubitare licet. Num v. 236 accuratissime Publilii verba reddiderit, viderit ipse. Aeque dubium videtur, utrum v. 119 et 438, quos codices sic exhibent

Cunctis potest accidere, quod cuivis potest.
O vitam misero longam, felici brevem.

editoris an librariorum culpa sic formati sint, cum iidem apud Senecam sic scripti legantur:

Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.
O vita misero longa, felici brevis.

Iam inde a Gellii temporibus per duo amplius saecula altum de Publilio silentium est. Nam quod Hieronymus in epistula ad Laetam 107 (vol. I. p. 679 edit. Vallarsii) scripsit: *Legi quondam in scholis puer 'Aegre reprendas, quod sinas consuescere'*, etsi Publilium redolet et Hieronymum Romae eruditum esse et grammaticos pueris sententias ediscendas dedisse constat (Sen. epist. 33, 7), in nostris tamen codicibus hunc quidem versum non legi monendum est, sed, quod ad sententiam, non multum diversum v. 85 *Consucta vitia ferimus, non reprendimus.* Nihilominus vel certo testimonio destitutum non mirum habere debet, legisse Hieronymum Publilii versus: suffragatur enim, ut nihil dicam de chronici loco supra allato (cf. pg. 10), ei coniecturae versus ab eodem laudatus, in Iovin. lib. I. sub fin.

Difficile custoditur, quod plures amant,

si contuleris v. 326 et 408

Maximo pericio custoditur, quod multis placet.
Non facile solus serves, quod multis placet.

Digitized by Google

et si recte interpretatus sum Pseudovincentii locum ex speculo morali petitum (cf. ad v. 628), integrum Publilii senarium apud Hieronymum extare credere licet, quamquam locus nondum inventus est. Denique posterioribus quoque saeculis Publilii sententiis suum fuisse locum in grammaticorum suppellectili litteraria, lectionibus codicis Turicensis ita me confirmaturum confido, ut omnis dubitatio eximatur. Ac nescio an illa ipsa a codicibus nostris discrepantia, quam apud Hieronymum deprehendimus, indicio esse possit ludi magistros his sententiis ita usos esse, ut pueros orationem variare et homonyma substituere instituerent.

Vix in censum vocandus est Macrobius, quem sua ex Gellio descripsisse iam supra pg. 5. demonstravimus. Ultimum inter auctores veteres testem producimus Salvianum, ex cuius verbis (de gub. dei 1, 10 *ut ille ait Aliena nobis, nostra plus aliis placent* = v. 28) sententias medio saec. V. in multorum ore, sed poetae nomen ignotum fuisse colligitur.

Haec fere de Publilio ex auctoribus latinis eruere licuit. Ex ipsis sententiis possit aliquis elicere Euripidis tragoedias et comicorum graecorum fabulas haud incognitas fuisse Publilio (cf. ad v. 36. 438. 458. 636), Phaedrum contra passim Publilii sententias expressisse (cf. ad v. 255. 644). Quod denique in versibus 450. 635 patriae relictae et manumissionis memoria inicitur, animum cogitatio subit Publilium ea quoque haud raro attigisse, quae ad ipsius personam vitamque pertinerent. Sed haec satius videtur in medio relinquere.

II. De sententiarum Publilianarum codicibus.

Codicum, qui sententias a nobis editas continent, dummodo memineris Publilii nomen plerumque cessisse Senecae, tam magna est copia, ut editores vel novissimos perpaucis tantum, et quod valde dolendum est, partim corruptis, aliis bonae quidem notae sed pessime collatis ad emendationem usos esse iure meritoque mireris. Quos ipse adhibui in adornanda editione mea, hi sunt:

1) Codex Parisinus latinus 2676 (*Pa*), membra-

Digitized by Google

naceus saeculi noni. Continentur hoc libro commentarii in psalmos, scripta quaedam Isidori, Augustini, Hieronymi, sententiae Sexti de graeco in latinum translatae (cf. opusc. sent. et mor. ed. J. Conr. Orellius, vol. I. pg. 248—253); ultimum denique quaternionem explent 'SENTENTIAE SENECAE PHYLOSOPHI'. In his sententiis quae passim correcta sunt, pleraque manum produnt saeculi X.

2) Codex Parisinus latinus 7641 (*Pb*). Is membranaceus saeculo decimo medio vel ineunte scriptus, continet glossaria latina, quae excipiunt fol 81 sqq. 'SENTENTIAE SENECE XLVJ' (sic). Hic liber etsi cum Parisino 2676 ita conspirat, ut ex ipso descriptus esse videri possit*), (*P* = consensus utriusque codicis) rectius tamen ex eodem, quo illum, fonte ductum et vel maiore cura ac diligentia exaratum esse dicas. Nam aliquotiens, ubi codex archetypus duplicem obtulerat lectionem, scriptor codicis *Pb* religiose, ne dicam inepte, utramque descripsit, ut v. 91 *Cum alii inimicum nemo gratiam tuto redit alii inimico alii in gratiam*, v. 126 *Dixeris maledicta alii cum ingratum hominis dixeris alii cuncta alii hominem*, et v. 336 *Malefacere qui vult, numquam non causam invenit alii causam numquam invenit*, quibus locis in margine codicis *Pa* discrepantia scripturae non est adnotata**). Itaque huic quoque codici quamquam sae-

*) Inter corruptelas utrique codici communes dignae sunt quae commemorentur: *i* littera pro *e* posita, v. 88 *imperis*, 232 *incitis*, 313 *invocis*, 322 *timit*, 48 *vindere*, 132 *diliberandum*, 154 *effugire*, 185 *aduliscentiam*, 240 *contumiliam*; *e* pro *i* v. 147 *coget*, 168 *reteneas*; metathesis vocalium 246 *filex*, prov. 146 *pegit*; vocabula male dirempta 155 *nus quam*, 260 *sed amnat*; gravius corrupta 78 *deomnes*, 187 *rege redet spere*, 209 *non conpossit queri*, 216 *furetina*.

**) Aliis tamen locis, ubi marginalis lectio iam in codice *Pa* adscripta est, in *Pb* ipsi sententiae adhaesit hoc modo: Prov. 24 (ante v. 436) *non dico qui si cecideris sed si titubaveris qui accideris*, Prov. 26 *multos mors incerta qui prevenit qui praeveniet*, Prov. 28 *oratorem qui deputa si . . . persuaseris qui reputa*, Prov. 114 *Sunt multi qui alii plurima . . . contemnunt alii plurimum*. Quam promptum sit, illud *qui* ita interpretari, ut idem valeat quod *aliqui* vel *quidam*, scilicet libri, neminem certe fugit; sed nondum a criticis animadversum esse credo, praefigi saepius in codicibus q, ubi de veritate scripturae iam ipsis librariis non constiterit, itemque in marginibus variam lectionem eodem signo praeposito induci solere. Scio multa esse signa, quibus

Digitized by Google

culo posteriore scripto suus est usus, cum praesertim eius testimonio nonnulla firmentur, quae in antiquiore Parisino aut lectu difficilia sunt aut iniuria temporum plane evanuerunt. Cf. ad v. 297. Prov. 24.

Parisinis proximus est et aetate et bonitate 3) codex Rheinaugiensis 95 (*R*), nunc Turicensis, saec. IX. membranaceus, cuius notitiam debeo Conrado Bursian, professori Turicensi. Continet Miscellanea ex SS. Patribus, veluti Tertulliani fragmentum, item excerpta ex orationibus Curtii Rufi, de quibus disseruit Arnoldus Hug in musei Rhenani 20, 117 sq., pag. 91—114 ANNEI SENICAE PROUERBIA.

4) Codex Turicensis (*T*), C. 78, membranaceus saec. IX. quem accuratius descripsit Jo. Casp. Orellius in Helperico pg. 2—6 (Helperici Karolus Magnus et Leo papa, Turici 1832). Insunt varia SS. Patrum opuscula, veluti Columbani epistulae, Dionysii Catonis disticha, Prisciani periegesis, fol. 157 usque ad fol. 159 centum decem sententiae, magna ex parte Publilii Syri, sed ita interpolatae atque glossis et interpretamentis foedatae, ut monachi manum in iis facile agnoscas. Titulum praefixum esse nullum ideo minus mirandum est, quia desunt sententiae incipientes a litteris *A* et *B*. Eas sententias (nam versus vix dicas) primus edidit J. Casp. Orellius ad calcem Phaedri fabularum novarum, pg. 48—54, admodum accurate, interpunctione etiam servata, qua, cum illo saeculo satis sit insolens, ludi magister aliquis discipulorum commodis videtur inservisse.

5) Codex Basiliensis (*B*), signatus olim K. III. 34, nunc A. N. IV. 11, saec. X. in quo post Sallustium sententiae Publilianae *ἀκέφαλοι* usque ad v. 296 leguntur. Is versus cum in fine quaternionis scriptus sit, quot sententiis amplior fuerit ille liber, unde descriptus est, diiudicari nequit. Hunc quoque codicem typis exprimendum curavit Orellius, loco supra indicato pg. 37—48; ceterum in eo minus accurate officio suo functus est, quod non satis distinxit, quae manu secunda addita aut correcta sunt.

---

adnotatio aliqua in margine quaerenda indicatur, sed hoc, de quo agimus, (i. e. quaere?) certe inter antiquissima fuit et vel nostris temporibus a multis usurpatur. Eo signo male intellecto, cum librarii *qui, que* vel similia depingerent, multae profecto ortae sunt corruptelae.

Digitized by Google

6) Codex Frisingensis (*F*) olim, nunc inter latinos Monacenses n. 6292, membranaceus saeculi XI. continens cum alia, tum ex poetis Latinis excerpta ideoque certatim a philologis et laudatus et descriptus. Cf. Aretin, Beiträge 7, p. 257, et nos ad (Pseudo)Caecilium Balbum pg. 17. In hunc codicem, locupletissimum omnium, quippe qui solus servaverit posteriorem sententiarum partem (*N*—*V*) et priorem centum fere versibus auctam, sed titulo carentem, primus incidit M. Velserus, quo auctore professor quidam Ingolstadiensis Publilium Syrum anno 1600 edidit, ut infra narrabitur. Sed is, quamquam editoris esse officium haud ignoravit, nisi monito lectore a vestigiis libri mscr. non recedere, tamen, ut mos erat permultorum illis temporibus philologorum, tam multa omisit, tam multa inscitia male administravit, ut quo fundamento critico tamquam satis firmo se inniti nostri saeculi editores opinati sunt, id potius infirmissimum sit existimandum.

Simillimus Frisingensi est 7) codex Vindobonensis 368 (*V*), saeculi XI. ita mutilus, ut deficiat v. 121 in fine litterae C. Huius apographon typis exscribi iussit Carolus Schenkl in libello inscripto: Beiträge zur Kritik des Annaeus Seneca, 1864, pg. 64. Cum sit is versuum ordo, ut se excipiant v. 1. 3. 5. 7. 9. . . . 2. 4. 6. 8. 10 . . ., aut ipsum codicem aut illum, unde Vindobonense fragmentum fluxit, binis columnis scriptum fuisse colligitur.

Selectas tantum sententias, quibus praecedunt Sallustius et Julius Exsuperantius, nullo praemisso titulo habet 8) codex Parisinus lat. 6085, membranaceus, saeculi XI. (*E*) Cf. Dietschii Sallustium (Lips. 1859) vol. I. pg. 4. Eadem epitome, praefixo titulo 'Incipiunt sententiae Senecae' legitur in codice Parisino 1919, saec. XIV. fol. 148, Augustini confessionibus subnexa.

9) Codex Bernensis 704, membranaceus saeculi XII. 'Proverbia Seneche' exhibet inde a fol. 1 usque ad fol. 11. Huius libri ut integram adnotarem discrepantiam, impetrare a me non potui, propterea quod eo in nonnullis quidem locis optimorum codicum auctoritatem confirmari vidi, longe plurima vero, quanto opere illo iam saeculo sententiae Publilianae depravari et interpolari coeptae sint, aperte ostendunt.

Digitized by Google

Nam inde ab illo saeculo omnia et interpolationum et corruptelarum genera adeo invaluerunt, ut diversitates scripturae indicare nimis molestum sit. Ut tamen exiguum saltem illius corruptionis daretur specimen, discrepantias

10) codicis Parisīni lat. 8049 (*C*) per saturam decerptas in adnotationem criticam recepimus. Is codex, membranaceus, ex compluribus fasciculis compositus, complectitur Persium cum scholiis, Petronium, Ciceronis de divinatione fragmentum saeculo decimo exaratum; in ultimis duodeviginti foliis homo aliquis doctus saeculo fere XIII. ex Senecae potissimum dialogis, epistulis, tragoediis, ex controversiis Senecae patris, ex libro de moribus, ex Caecilio Balbo, ex Catonis monostichis, denique ex Publilio ingentem sententiarum farraginem corrasit easque — numero duo fere milia — ad ordinem alphabeti digessit. Publilii sententiae aliae ad arbitrium immutatae, subobscurae et corruptiores consulto omissae, aliae denique pro modulo et ingenio hominis linguae latinae non imperiti, sed invita pleraeque Minerva refictae sunt.

Ultimum commemoro 11) codicem Bambergensem saeculi XIII. a Gulielmo Meyero Spirensi diligentissime descriptum et mihi, qua ille est officiositate, transmissum, sed ita corruptum, ut deterioribus libris sit adnumerandus: si qua offert speciosa, haud dubie merae coniecturae debentur. Quae mihi fuit causa satis idonea, cur in adnotatione critica paucissimis tantum locis eius facerem mentionem. Prudens silentio praetermisi codicem Cusanum saeculi XII. quem descripsit Josephus Klein in libro inscripto 'Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues, Berol. 1866', sicut codices Parisinos aliquos saeculi XIV. quia critico nihil ex iis redundat lucri*). Unum excepi atque ad illustrandos v. 636—651 in partes vocavi

12) codicem Parisinum lat. 8027, membranaceum saeculi XIV. (π), haud ignorans eius auctoritatem admodum esse suspectam. Continentur enim fol. 89 sq. Senecae 'liber de moribus vel disciplina seu libero arbitrio' et 'Eiusdem

*) Codicem Publilii sententiarum saeculo X. scriptum, qui nunc in bibliotheca Firm. Didotii asservatur, commemorat Theod. Mommsenus, Mus. Rhen. vol. XVIII. pg. 594.

Digitized by Google

liber proverbiorum', i. e. sententiae Publilii, quibus aliae tamen irrepserunt ex aliis auctoribus desumptae. Hoc autem in codice singulare est, quod sub finem proverbiorum litterae *V* viginti fere sententiae subiunctae sunt, partim pedestres, decem Publilianae, mediusque his insertus versus (si modo versus est) nostrae editionis 638, prioribus editoribus ignotus.

Iam agmen claudant ii codices, qui a prioribus Publilii editoribus adhibiti sunt.

Codex Erasmi, cuius ad fidem ipse editionem principem curavit. Eum esse ex iis, quos Bentleius ex Cantabrigiae bibliothecis petitos ipse versavit, valde veri simile est.

Codex Panthaleonis, 'scriptus ante aliquot saecula, pulvere et tineis fere corruptus', ut ipse dicit in praefatione editionis anno 1544 in lucem emissae.

Duo codices G. Fabricii, in quorum altero Proverbia Senecae videntur scripta fuisse; alterum his verbis significavit: 'manuscriptum, in quo multorum collectae erant sententiae'.

Codices Palatini, ad quos Gruterus identidem provocat, saeculo XIII. vel XIV. non vetustiores censendi sunt, sicut colligitur ex interpolationibus. Horum igitur ope cum facile carere possimus, unus tantum, qui indagetur et accuratius excutiatur, non plane indignus est, eum dico, cuius mentionem fecit Gruterus ad v. 35, et quem eundem in adnotationibus ad v. 39 et 146 significare videtur.

Codex S. Amandi, cuius meminit Dionysius Godofredus in editione Senecae anno 1590 emissae.

Codices Bentleii quattuor, Cottonianus, Sidneianus, codex Caiani et codex collegii Trinit. Cantabr. excepto v. 9. (*quicquid* pro eo, quod in reliquis libris scriptum est *quid* vel *quod*) nihil fere boni habent, nisi quod in nostris quoque codicibus traditum sit. Quintum codicem, Leidensem, Bentleii in gratiam consuluit Abrahamus Gronovius.

Codex Gryphiswaldensis, membranaceus, saeculo fere XIV. scriptus, collatus a Reinholdo anno 1838, nullius est pretii.

Digitized by Google

Hos codices si inter se comparare velis, duplex esse potest ponderandi ratio, sententiarum sive copiam sive integritatem spectaveris.

Ac plerique quidem, quos ipse vidi (sunt autem amplius viginti), item quibus editores usi sunt tantum non omnes, paucissimis exceptis easdem fere continent sententias easque vere Publilianas, quae incipiunt a litteris *A*—*M* ad ducentas quinquaginta, nostrae editionis v. v. 1—34 (*A*), 44—78 (*B*), 85—105 (*C*), 123—138 (*D*), 147—162 (*E*), 166—192 (*F*), 194—202 (*G*), 203—223 (*H*), 230—263 (*J*), 291—301 (*L*), 309—340 (*M*), litterae *N* decem, 377—386, quarum ultima est

Negandi causa avaro numquam deficit:

deinde ad explendas litteras *N*—*V* circiter centum quinquaginta sententias ex Pseudosenecae libro de moribus, pleniore olim, quam nunc circumfertur, fortasse etiam aliunde excerptas. Patet igitur saeculo fere septimo vel octavo posteriorem partem sententiarum Publilianarum intercidisse, mox ad resarciendum damnum additas esse alias, morales item et breves, sed a Publilio alienas. Is libellus, quem superne mulierem formosam turpiter atrum in piscem desinentem nomines, incredibile est dictu, quotiens descriptus sit. Quo panno assuto factum esse puto, ut Publilii nomen obscuraretur et ad Senecam, quem libri de moribus auctorem esse medio aevo perhibebant, omnium sententiarum origo referretur. Quia autem, quem nunc librum de moribus dicere consuevimus, in codicibus antiquissimis Proverbia inscriptus erat, Publilii quoque sententiarum (Gell. 17, 14) collectio Proverbia inscribi coepta est. Huius codicum generis locupletissimi testes sunt Parisini duo (*Pα* et *Pb*), Rheinaugiensis, Basiliensis.

Iam inde a saeculo undecimo hoc sententiarum corpus ab aliis in brevius redactum, ab aliis, praesertim saeculo XIV. adauctum est. De accessionibus infra dicendum erit: epitomarum exempla praebent codd. Parisini 6085 et 1919. Simili epitome, paulo tamen pleniore, usus est Vincentius Bellovacensis saeculo XIII. Affert enim in libris IV. et V. speculi doctrinalis, sive, ut in aliis editionibus numeratur, V. et

Digitized by Google

VI, et libb. XXX. et XXXI. speculi naturalis, praemissis plerumque verbis 'Ex proverbiis Sapientum' ad ducentas sententias, tam genuinas quam subditicias illas et quasi vicarias, multas duobus tribusve locis. Nec aliud quidquam nisi proverbia illa cognitum erat Waltero Burleio ceterisque medii aevi scriptoribus, quos enumerare non attinet. Haec hactenus de codicibus mutilatis.

Alterius codicum stirpis, cui plenam debemus sententiarum collectionem, litterarum *N—V* ultra ducentas sexaginta et priorem partem centum fere versibus ampliorem, unus est propagator codex Frisingensis. Nam neque Turicensem aut Parisinum 8027 (π) pari loco ponere licet, cum paucas tantum posterioris partis (*N—V*) sententias tradiderint, nec Vindobonensem aut Palatinorum optimum, in quibus pars novarum sententiarum a litteris *A—M* incipientium servata est.

Ut autem Frisingensis amplissimam sententiarum collectionem exhibet, ita, si sinceritatem scripturae spectes, codicibus saeculi noni ac decimi inferior est. Ut taceam de quibusdam interpolationis vestigiis, praesertim ordo verborum saepius adeo turbatus est, ut librarii aures a senariorum ictibus alienas fuisse pateat. Servavit tamen unus vocabula aliqua, quae in ceteris codicibus omnibus interciderunt, v. 132 *saepe*, 244 *etiam*, 263 *quod videt*. Iisdem fere et vitiis et virtutibus praecellit, qui ei quasi consanguineus est, codex Vindobonensis mutilatus, qui hoc singulare habet, quod solus formas aliquas vetustas exhibet, ut v. 18 *pote*, 84 *reprendimus*, 92 *periclum*. Inter ceteros Turicensis aliqua verae scripturae vestigia solus servasse videtur, sed ea incerta reddit interpolatorum licentia, quae tanta est, ut quae merae lubidini tribuenda sint, quae codicibus vel melioribus vel corruptis, aegre saepe diiudices. Aliqua tamen interpolationis monstra orta esse videntur ex codice aut corrupto aut litteris minus claris scripto, veluti v. 91 *ingratitu* (*in gratiam tuo*), 483 *petit* (*potenti*).

Quae cum ita sint, Parisini *Pa* et *Pb*, Rheinangiensis atque Basiliensis de palma certant. Quorum si Basiliensem, qui ipse Basiliensis sim, optimum esse dico, quamquam in hoc quoque multa socordia peccata sunt, id non fit caeco

Digitized by Google

patriae amore, sed quia haud pauci versus huic uni codici salutem debent. Cf. v. 10. 33. 50. 52. 63. 126. 130. 134. 166. 209. 252. Parisinos, quibus proxime accedit Rheinaugiensis, possis quidem dicere minus neglegenter scriptos esse; sed, quod multo gravius est, eorum versuum, qui in Basiliensi leguntur, vix unus est alterve, qui ex solo codice *Pa* aut *Pb* aut *R* in integrum restituatur.

III. De editionibus Publilii Syri.

Vidimus igitur Publilium per multa saecula oblivione obrutum fuisse, sententiarum autem dimidiam fere partem, additis in fine aliis ex Pseudosenecae libro, qui vulgo inscribitur de moribus, saepe descriptam, divulgatam, lectitatam esse. Ea proverbia quanti fecerint illius saeculi homines, quo ars typographica efflorescere coepit, hoc documento est, quod exeunte saeculo XV. non solum Senecae operum editionibus addita, sed plus decies peculiaribus libellis in vulgus emissa sunt. Iam cum Desiderii Erasmi cura anno 1515 Basiliae Senecae philosophi opera typis Ioannis Frobenii descripta prodirent, noluit ille quidem opusculo illo lectores fraudare, sed hoc monuit '*non esse Senecae, sed collectum ex mimis; quosdam enim deprehendi citatos apud Gellium aliasque sententias adiectas esse ex orationibus solutis*', idemque separatim edidit mimos Publianos, castigatos et elucidatos, una cum Dionysii Catonis distichis et septem Sapientium dictis, qui liber postea saepius typis repetitus est. Sed quo anno Erasmus Publilium ab oblivionis iniuria vindicasset, nondum satis exploratum erat, donec Fr. Latendorfius, qui ante hos sedecim annos seminarii philologici Gottingensis mecum sodalis fuit, in doctissima dissertatione (Sebastiani Franci de Pythagora eiusque symbolis disputatio commentario illustrata, Suerini 1868. 4°) pg. 8 monuit, editionem principem prodisse Londini anno 1514. Titulus libri hic est: Disticha moralia, titulo Catonis, cum scholiis auctis Erasmi Roterodami. Apophthegmata Graeciae Sapientum, interprete Erasmo. Eadem, per Ausonium

Digitized by Google

cum Schol. Erasmi. Mimi Publiani, cum Eiusd. schol. auctis recogniti. Institutum hominis christiani, carmine per eundem Erasmum Roterod. Londini per Petr. Treveris 1514. 4.

Ipse usus sum eiusdem libri editione Argentoratensi, quam paene haereo cui anno adscribam: editor enim praefationem scripsit Lovanii anno 1514, Kal. Augusti, Matthias Schurerius bibliopola brevi epistula in fronte posita commendavit librum iuventuti studiosae Argentorati XVI. Kal. Novembris a. 1515, conquèstus simul de mala quorundam industria, qui opus a se redemptum furtim typis exscriberent, in fine denique subscriptum est: Argentorati ex aedibus Schurerianis mense Martio 1516. Aliam editionem, Coloniensem anni 1515, ab aliis usurpatam esse video; alteram Coloniensem anni 1520 a J. Sotero, item Hagenoensem a Th. Anshelmo a. 1522 typis descriptam, Helmstadiensem anni 1611 idem commemorat Latendorfius: Basiliensem anni 1520 (per Joa. Frobenium mense Octobri) et alteram Argentinensem anni 1516 ipse manibus versavi.

Erasmus igitur primus intellexit proverbiorum, quae vulgo edebantur, duplicem vel triplicem esse originem: ex Publilii Syri mimis fluxisse sententias inde a littera *A* usque ad litteram *N*, ex opusculo quodam pedestri oratione conscripto reliquas (*N*—*V*); paucula denique, quae in proverbiorum editionibus permultis sub finem litterarum *A*—*V* adsuta sunt, excerpta esse vidit ex Senecae libris de clementia ideoque merito abiecit. Itaque illas, vere Publilianas, si quae vitia traxerant, (incidit autem in corruptissimas) numeris iambicis vel trochaicis clausit, omissis tamen paucis adeo corruptis, ut a metro iambico abhorrere viderentur, sententias eo ordine exhibuit, quo in codicibus se excipiunt, brevissima adscripsit scholia, addidit versus aliquos Publilii ex Gellio et Seneca rhetore: a pedestribus, exceptis paucis quas mallem omisisset, prorsus abstinuit idque consulto, ut ipse innuit in praefatione: 'reiectis iis, quae perperam erant admixta ex aliorum libris'. Quid multa! etsi in emendando et enarrando poeta pagano paucas tantum horas se collocasse profitetur, quo theologorum effugeret vituperationem, munus editoris principis pro parte virili sustinuisse putandus est.

Iam inde ab eo tempore, cum semel Publilius Syrus ab

Digitized by Google

inferis excitatus esset, proverbia Senecae in oblivionem cadere coeperunt. Sed triginta fere annis post, cum Henricus Panthaleon in proverbiorum codicem incidisset, sententiarum Publilianarum silvam, raram illam apud Erasmum inde a littera *N*, densare et complere sibi visus est, etsi nihil aliud auxilii habuit, quam quod iam Erasmo cognitum fuerat. De cuius editione cum posterioribus saeculis nihil amplius ne fama quidem auditum sit, plenum titulum adscripsi: Catonis disticha moralia cum scholiis Erasmi Rot. Mimi Publiani cum eiusdem scholiis auctis recogniti, quibus accesserunt plurimi nuper inventi et numquam typis evulgati, a Heinrico Panthaleone recogniti cumque eiusdem scholiis illustrati. Dicta Graeciae Sapientum, cum quibusdam Erasmi opusculis. Basileae anno 1544. impressum per Erasmum Xylotectum mense Augusto. Sed quae est ista mimorum nuper inventorum farrago? Iactator ille, qui Senecae proverbiorum editiones totiens repetitas ne noverat quidem, nihil aliud fecit, nisi posteriorem sententiarum partem (*N*—*V*) centum fere viginti ex proverbiorum codice ductis et aegre ad quandam carminum speciem assimilatis auxit, idem ad priorem partem aliquot addidit, partim quas Erasmus spreverat ut nimis corruptas, quamquam erant vere Publilianae, alias ex Senecae de clementia libris, quarum fons erat appendix illa proverbiorum codicibus nonnullis, ut supra memoravimus, falso affixa.

Neque tamen hoc malo Panthaleonis exemplo corrupti sunt Georgius Fabricius, Henricus Stephanus, Theodorus Zwingerus. Et Fabricius quidem, Chemnicensis, cum in duobus exemplaribus antiquis, sed interpolatis, novos Publilii, ut ipse opinabatur, versus invenisset, adeo tamen se addixit Erasmo, ut sententias ab illo editas seorsim poneret, suas caute inscriberet '*Sententias Publii mimis similes*'. Primum edidit Publilium, ut narrat Schweigerus, in elegantiis e Plauto ac Terentio collectis Lipsiae 1550, haud multo post Argentorati 1554, si fides est Zellio, una cum Catonis distichis; denuo Lipsiae a. 1560. 1567. 1571. 1581, quibus editionibus editoris epistula dedicatoria a. 1558 et typographi praefatio a. 1559 scripta praemissae sunt.

Deinde Publilii sententias per locos communes digestas

Digitized by Google

ediderunt, quos duos praeter Fabricium nominavi editores, Henricus Stephanus annis 1564 et 1569, in Fragmentis poetarum veterum latinorum iam a Roberto patre collectis, vir sobrii iudicii, quippe qui perpaucis exceptis acquiesceret in sententiis ab Erasmo evulgatis, et Theodorus Zwingerus anno 1575, qui pag. 62 aperte professus est '*minimo negotio ostendi posse inter Publianos versus non paucos spurios reperiri*', quibus verbis Panthaleonis editionem videtur notasse. Zwingeri opus, 'Morum philosophia poetica, ex veterum utriusque linguae poetarum thesauris XVIII. libris deducta Basil. 1575' magnum volumen est, quod ad 1621 paginarum ambitum accrevit, nec tamen, quantum vidi, aliae sententiae continentur nisi Erasmianae. Nonnullas editor coniecturis emendare conatus est, ex. gr. v. 187 *feminam maturam*, v. 321 *demit at sibi*, quas, cum sint nullius pretii, in apparatu critico plerumque silentio praetermisimus.

De Dionysio Godofredo pauca sufficient: nam iniuria inter Publilii editores refertur. Is enim, cum Senecae philosophi opera quae extant omnia sex voluminibus Basiliae 1590 edidisset, in vol. VI. extremo pg. 273—287 '*Proverbia Senecae*' adiecit, ne quid desideraretur, vel quod incertae auctoritatis esset. Ita factum est, ut sententias pedestres, quae in editione nostra litteris inclinatis expressae sunt, nec iambis clauderet, nec selectas, sed universas reciperet, prout eas in codicibus editionibusque vetustis repererat, denique ne interpolatas quidem ex Senecae de clementia libris petitas resecare auderet.

Cum Stephanus et Zwingerus in viam rectam ab Erasmo monstratam, a qua Panthaleon decesserat, reflexissent, ecce sub finem saeculi XVI. Petrus Pithoeus denuo in veterem errorem relapsus est. Sicut autem aegrotantibus febris recidiva gravius nocet, ita Pithoei exemplum posterioribus editoribus tantum caliginis offudit, ut usque ad hunc diem vestigia veritatis relegere nemini contigerit. Scilicet eo maxime imposuit Pithoeus philologis, quod Epigrammata et poematia vetera Parisiis excussa a Dionysio Duvallio anno 1590 pleraque ex antiquis codicibus nunc primum, alia emendatiora se edidisse in fronte libri professus est, non arroganter, si anthologiam in universum spectaveris:

Digitized by Google

sed Publilium Syrum, licet ei recentioris aetatis codices Parisinos praesto fuisse libenter largiar, interpolationibus non minus deformavit quam ingeniosis emendationibus perpolivit. Non ita multas quidem sententias ex proverbiis vel Anonymo de moribus recepit, sed tanto plures ex Seneca, Pseudocaecilio Balbo aliisque, quas in codicibus interpolatis invenerat. Rei metricae ita se praebuit peritum, ut sententias non probaret nisi quae re vera metro adstrictae essent, pedestres autem corrigendo redderet tales, ut vix quisquam eas a versibus distinguere posset.

Sed ut de versibus interpolatis, quos in appendice exprimendos curavi, hoc loco nihil dicam, in alium quoque errorem Pithoeus quamquam invitus editores posteriores eo induxit, quod librum suum non addito nomine suo in lucem emiserat. Cum enim paucis annis post J. Scaliger Publilii sententias selectas edidisset totidemque versibus graecis reddidisset (Lugd. Bat. 1598, et iterum in opusc. diversis Paris. 1605. Cf. Bernays, Jos. Justus Scaliger, pg. 286, 290), usus ad hoc editione Pithoeana, sicut ipse dicit in epist. 360 (Scaligeri epistulae, Francof. 1627), proclive erat Scaligero tribuere, quae Pithoeus vel mutaverat vel addiderat. Sic factum est, ut a Grutero, Bentleio, Ribbeckio, aliis multae emendationes, quarum auctor Pithoeus fuit, Scaligero adscriberentur.

Eum errorem praeivit professor quidam Ingolstadiensis. Cum enim Marcus Velserus, reipublicae Augustanae duumvir, anno fere 1599 codicem Frisingensem ceteris omnibus locupletiorem reperisset, homini cuidam docto, quem Ingolstadiensem et ex societate Jesu fuisse verisimillimum est, eum tradidit, ut sententias correctas et dimidia parte ampliores iterum ederet. Illo ipso tempore Mureti opera typothetas Ingolstadienses exercuerunt per quattuor lustra quinquies typis expressa, nec absurdum videbatur amico illi Velseri opusculis Mureti Publilii sententias addere, ut — ipsius verba adscribam, quae animi laetitiam ex praeclaro invento perceptam satis produnt — *elegantissimo nostri aevi ingenio elegantissimum illud prisci aevi ingenium habeas coniunctum.* Prodiit igitur nova sententiarum recensio subiuncta Mureti operum volumini secundo ac dicata Velsero, anno 1600 (non anno 1603, ut vulgo traditur) Ingolstadii ty-

Digitized by Google

pis Adami Sartorii, unde ad hunc usque diem Sartorius inter editores Publilii fuisse perhibetur. Quis vero fuerit, qui primus Publilii versus Frisingenses perpolivit, nec lectori prodidit editor nec Scaligero tum temporis cognitum fuit. Sic enim in epistula 351 ad Carolum Labbaeum scripsit: 'Mimos edi plurimi fecerim, ut Loiolitis Ingolstadiensibus, monstris maledicentissimis, os obturetur, qui multa me industria omisisse, alia etiam pervertisse dicunt, XVIII. Kal. Dec. 1506', et in epist. 360 'Mimos publicari propter Ingolstadiensem paedagogulum permagni facio, qui omnia me pervertisse scribit, quum tamen ne syllaba quidem ab editione Pithoeana discesserim. Omnium Loiolitarum contumeliosissimi Ingolstadienses sunt. Lugd. Bat. III. Non. Dec. 1608', quae verba hunc praefationis Ingolstadiensis locum respiciunt: 'Scaliger in lucem dedit aliquot mimos Syri. Vellem indicasset, quis illi in Syri editione fundus et quorum exemplarium fidem secutus sit. Suo arbitrio alios mimos mutat, alios omittit. Nec deest exemplum, ubi versum Laberii pro Publiano ponit'.

De hac Publilii editione Ingolstadiensi, quae saepius ad calcem Mureti operum repetita est, velut Ingolst. 1603, 1608, Venetiis 1618, Lipsiae 1672 curante Jac. Thomasio, ibidem 1690 sumptibus Joh. Grossii, Veronae 1729, Patavii 1740 et 1769, propterea pluribus dicendum erat, quia est quasi altera Erasmiana, id est editio princeps versuum a litteris *N—V* incipientium, nec tamen cuiquam editorum recentiorum, ne Schweigero quidem cognita. Laudanda est vel hoc nomine, quod litterae *H. G. S. F.* singulis versibus appositae aut non appositae declarant, utrum illi in exemplaribus Henrici Stephani, Godofredi, Scaligeri et in codice Frisingensi extent necne, et quod editor in commentario critico varias codicis *F.* lectiones ex parte saltem enotavit. Sed in versibus constituendis expurgandisque mendis nimium sese applicavit codicis scripturae, ita ut postero editori permulta reliquerit sananda, nec levius damnum eo attulit Publilio, quod Scaligero obsecutus ab eo ordine descivit, quo singulae sententiae in codicibus perscriptae sunt. Cf. infra Proleg. cap. IIII initio.

Plerique sospitatorem alterius sententiarum partis Ja-

Digitized by Google

num Gruterum esse existimant, qui '*Publii Syri mimos*' tamquam corollarium Senecae tragoediarum anno 1604 edidit: hanc editionem, Commelinianam, et ipsam ab omnibus fere ignoratam video: nam obscurata est Lugdunensi, quae prodiit a. 1708 apud Joannem de Vivie et 1727 apud Henrici Teering cura Sig. Havercampi et Abr. Preygeri, instructa notis postumis. Non dubium est, quin Gruterus editorem Ingolstadiensem rei metricae imperitissimum longe superaverit et multa primus correxerit: quod autem librum suum hoc titulo vulgavit 'L. Annaei Senecae et P. Syri mimi, forsan et aliorum singulares sententiae, centum aliquot versibus nunc primum auctae et correctae ope codd. Palatinorum et Frisingensis', id nimiae fuit arrogantiae; nam ex codicibus Palatinis ab ipso adhibitis viginti tantum accesserunt a Publilio alienissimae, Frisingensem autem iam antea excussum ne inspexerat quidem; immo obtrectationis crimini se iis obiecit, quae adnotationibus praemisit. 'Primam sententiarum prolem (Erasmianam) nuper ad invidiam usque expolivit lima divina Josephi Scaligeri; posteriorem fere adhuc sanguinolentam ego(?) his ipsis manibus sustuli, lavi, fovi, finxi, adhibita aleiptica minime paenitenda 'e myrotheciis librariae Serenissimi mei Principis, Electoris Palatini'. Consulto enim, ut ipse sententias Frisingenses primus edidisse videretur, editoris Ingolstadiensis ne mentionem quidem fecit, et ubi utique commemorandus erat, maluit eum tecte significare, veluti ad v. 142: '*quod obtruserant nobis alii, damnat quae lingua, nihili est*'.

Aliam quoque sententiarum editionem idem curavit Gruterus anno 1610 in Florilegio ethico-politico, quinquaginta circiter versibus auctam vel potius interpolatam, cum ne unus quidem sit Publilii.

Ultra scopum incerto ictu tetendisse plerosque editores probe sensit ingenii acumine inter paucos insignis Ricardus Bentleius; ut ipse Publilii sententias una cum Phaedri fabulis edendas susciperet, ea praecipue causa fuit, quod Harium Terentii editorem idem consilium agitare cognoverat. Cf. Bentleii vitam a Jacobo Maehlio descriptam pg. 91. Prodiit illa editio Cantabr. 1724. 4°. Sed, ut fit in subito consilio, res improspere cessit. Nam codicum, quos consuluit,

Digitized by Google

auctoritate in duplicem errorem inductus est. Primum enim, cum sententiae in codicibus quasi Senecae ferrentur, de Publilio auctore non dubitavit quidem, sed libellum Grutero obsecutus inscripsit 'Publii Syri et aliorum veterum sententiae', deinde sententiis novis Frisingensibus minorem, quam par erat, fidem habebat. Sic enim praefatur: 'Quae in Gruteri editione, nescio unde(?) prolatae, sunt numero octingentae et plus quinquaginta, earum maior pars neque in codicibus nostris comparent, neque quicquam Publiani coloris saporisve in se habent. Eas nos, ut vel lectu indignas, ab editione hac eiecimus: quae vero acumine se suo ac venere et metri concinnitate commendant, lectori hic exhibemus'.

Inter ceteros saec. XVIII. editores laudandus est Joa. Petrus Millerus (Phaedri Fabb. Publii Syri sententiae, Dionysii Catonis disticha, Berol. 1753), vel hoc nomine, quod sententias soli Publilio addicere ausus est. Praeterea suo iure Gruterum impugnavit, quod binos aliquoties versus inter se simillimos protulerat, quorum Publilius vel alterutrum tantummodo composuit vel nullum, verbi causa:

Felicitas infelici innocentia est.
Infelici innocentia est felicitas.

In editione Bipontina (Phaedri fabb. accedunt P. S. sententiae etc. 1784) nihil est, quod proprie vituperes, nihil quo cum aliquo fructu utaris, excepta fortasse 'notitia litteraria', quam rectius dicas editionum Publilii Syri catalogum: adeo, qui eam curavit, se Grutero addixerat.

Eiusdem Jani Gruteri recensionem secutus, sicut ipse dicit in titulo libri, Car. Henr. Tzschucke Publilium Syrum edidit in usum scholarum, adspersis notulis quibusdam, Lips. 1790.

Permagnam editionis suae expectationem moverat Joannes Conr. Orellius, J. Caspari patruelis (P. Syri mimi et aliorum sententiae, Lips. 1822), nisi mox editoris officium parum explevisse inventus esset. Hominem enim se cum praebuit in adornando illo libro, qui aliorum potius quam suo staret iudicio; et cum in prioribus editionibus id iure vituperasset, quod in sententiarum numero mirum quantum discreparent, ipse nihil antiquius habuit, quam ut omnibus sine iudicio

Digitized by Google

congestis vanam gloriolam captaret suamque editionem omnium, quae hactenus lucem vidissent, plenissimam esse praedicaret. Hanc tantam iudicii perversitatem duobus annis post iterum prodidit, cum sententias Bothianas plus quam trecentas, quas ipse ex incertis fontibus haustas esse recte intellexerat, supplementi loco iterum edendas curavit. Quominus tamen editionem bonae frugis expertem esse dicam, prohibent cum alia, tum adnotationes quaedam J. Caspari Orellii suis locis insertae.

Frid. Henr. Bothius, poetarum scaenicorum latinorum editor (Halberst. 1824, Lips. 1834), utrum plus boni an mali attulerit Publilio, non facile est ad diiudicandum. Nam post Bentleium nemo Publilium edidit, qui ita haberet senariorum leges perspectas, nemo qui transponendis verbis metro felicius mederetur; nec minus verum est neminem tanta coniectandi licentia grassatum esse, neminem tam aperte interpolandi ius sibi arrogasse. Cum autem versuum spuriorum, si quos editores ante eum male receperant, iteratio eo nomine excusari posset, quod ex codicibus interpolatis deducti erant, Bothius titulo a Grutero proposito 'L. Annaei Senecae et P. Syri mimi, forsan etiam aliorum singulares sententiae' abusus eo processit audaciae, ut ex paroemiographis, ex Erasmi Adagiis, item ex Joachimi Camerarii et Jani Anysii sententiis permultas immisceret, quae Publilio veteribusque propter elegantiam sententiarum probosque senariorum numeros non indignae viderentur, idque cum sibi indulgeret, legentibus ne tantum quidem tribuit, ut unde novos versus sumpsisset ubique nominatim diceret. Cui lubidini plane contrarium est, quod idem permultos versus in optimis codicibus inter Publilianos traditos stellula addita in suspicionem vocare haud dubitavit. Haec omnia licet suo arbitrio egisset — codicem enim viderat nullum — ita tamen philologis suam curam probavit, ut eius editio per aliquot lustra pro optima haberetur.

Bothii vestigiis ingressus est Carolus Zellius (Auctorum classicorum latinorum vol. X. Stuttg. 1829), in multis invitus, si quidem sententias a Bothio additas, quas a Publilii editione alienas esse perspexerat (passim enim adnotavit, unde haustae essent), hanc ob causam recepit, ne suae edi-

Digitized by Google

tionis emptores aliquid desiderare possent. Adiutus est in edendi opera schedis Desbilloni, qui passim cum Bothii inventis mirum in modum conspirasse repertus est.

Novem annis post Publilii sententias adhibito libro scripto Gryphiswaldensi membranaceo, numquam antea collato recensuit et varietate lectionis instruxit Dr. Car. Guernerus Reinhold, Anclamiae 1838, cui libello multum sane commendationis addidit, cum aliquot novas sententias ex illo codice accessisse professus esset. Verum illae sententiae omnes ex Senecae dialogis aut Pseudosenecae de moribus libro desumptae sunt, unde codicem Gryphiswaldensem, quod idem multa monda satis docent, ex interpolatis esse certo efficitur.

Accedo iam ad ultimum Publilii editorem, virum de poetis latinis optime meritum, Ottonem Ribbeckium, quem in Comicorum latinorum reliquiis pg. 258—308 totam quaestionem profligavisse erunt fortasse qui credere velint. Quod si ita esset, aliis potius studiis in horis subcisivis vacassem: cum autem, quid in eius editione iure desideretur, iam in Philologi vol. 22. pg. 436 et 462 indicaverim potissimamque erroris causam inde repetiverim, quod ille subsidiis criticis parum instructus erat, voluntatem pro re accipere oportebit. Qui enim poterit, id quod gravissimum esse existimo, de sententiis aliquis certum facere indicium, sintne Publilii an non, cui ne id quidem constet, quid in quoque codice scriptum sit? Vel sic tamen Ribbeckium tribus quattuorve versibus salutem attulisse haud diffitendum est: reliqua plerumque sic considerare malui quasi scripta non essent, ne in refellendo longior fierem. Si enim hoc editori committi solet, ut quibus in locis eum qui proxime antecessit correxisse sibi videtur, fusius exponat, Ribbeckii editio una, utpote ad normam artis criticae exacta, in censum venire poterat quae in comparationem perpetuam vocaretur. Sed meliore apparatu instructo inhonestum certamen cum inermi fore providebam. Ceterum quod Ribbeckius dixit admodum pauca esse, quae accuratius excussis argutiolis illis disci possent, id non falsum quidem est, sed ex sententiis male excussis etiam pauciora redundatura esse facile concedetur.

Cum ne editiones quidem omnes Publilii enumerare vo-

Digitized by Google

luerim, multo minus de versionibus accurate disserere in animo est. Graece sententias bis expressit Jos. Scaliger: Pithoeanas anno 1598, de quibus supra dictum est, Gruterianas anno fere 1605 vel 1606. Cf. Scaligerana II. 5. v. Gruter: *Gruter avoit fait imprimer un Syrus augmenté; j'ai tout tourné de nouveau en* 4 *jours.*

Germanice vertisse eas fertur Martinus Opitius. Prodierunt enim anno 1705 Francofurti ad Moenum apud Johannem Maximil. a Sande 'Cato et Mimi τρίγλωττοι, graeca ex metaphrasi Jos. Scaligeri, Germanice potissimum ex mente eiusdem et Casp. Barthii expressa a Martino Opitio'. At verendum est ne hoc titulo capti praeproperi gaudii usura fruantur. Nam in re incerta tria sunt certissima, primum in M. Opitii editionibus nihil legi, quo eum Publilii sententiis vertendis operam dedisse eluceat, deinde fraudis suspicioni obnoxia esse, quibuscumque Casp. Barthii nomen adhaeret, postremo versus ipsos minime poetam sapere.

Ultra Erasmianas sententias, ducentas septuaginta numero, non egressus est, qui anno 1809 Publilio in patrium sermonem vertendo manum admovit, J. F. Kremsier (Lips. apud Joa. Sommer), nisi quod appendicis loco subiecit quadringentas Publilianis similes a G. Fabricio collectas; largiorem Gruteri farraginem alter presse secutus est interpres, Leonardus Schwarzius, cuius cura in lucem Gottingae anno 1813 edita est.

Nuperrime denique in lucem prodiit hic liber: 'Les sentences de Publius Syrus, traduites en Alexandrins français par Anacharsis Combes. Toulouse 1868.' Quam parum hic homo litteris latinis imbutus sit, hinc apparet, quod primam Publilii editionem anno 1552 prodiisse, poetam ipsum a Domitio(!) manu missum esse aliaque id genus aeque inepta tradidit.

Digitized by Google

IIII. Quae sententiae Publilio sint vindicandae, quae damnandae quaeritur.

Praemissis quae de Publilio eiusque sententiarum codicibus et editionibus monere utique necesse erat, accedamus iam ad quaestionem gravissimam, quae per tot saeculorum decursum philologorum ingenia non exercuit solum, sed in tam diversas abripuit sententias, ut hodie nos a cognitione veri longius abesse fatendum sit quam anno 1514 Desiderius Erasmus fuerat. Si quis autem missis editionibus soli innitetur codicum auctoritati neque se erroribus ab hominibus doctis invectis corrumpi patietur, haud ita difficile erit quaestionem paulo impeditiorem in suas partes dissolvere ac singula momenta libero iudicio ponderare.

1) Videamus primum de sententiis in editione nostra inclinatis litteris expressis, quarum prima est post v. 386

Nondum felix es, si nondum te turba deridet.

Eas quamquam ne obiter quidem legenti longe a ceteris distare obscurum esse potest, editorum tamen neglegentia factum est, ut haud paucae etiamnum pro Publilianis venditentur. Nimirum non omnes illas ad fidem codicum edendas curaverunt, sed selectas tantum, quae iambis facile vel trochaeis accommodari possent, emendatas, ut ipsis videbatur, probatis versibus inseruerunt. Cum autem plerumque tacerent, quid omisissent addidissentve quantumque verbis transpositis vel correctis a librorum auctoritate abiissent, contigit sane, ut se invicem alter alterum aliquamdiu deciperent, simul omnes legentium oculis plurimum caliginis offunderent. Sed maximas turbas illud excitavit, quod sententiarum ordine, quem codices sequuntur*), plane inverso nostrum morem secuti coniunxerunt, quae a litteris Na, Ne, Ni etc. incipiunt, neque id in iis tantum sibi sumpserunt sententiis, de quibus nunc agitur quasque mox videbimus subditicias

*) Constat ex Festo aliisque veteres in vocabulis ad litterarum ordinem digerendis primae tantum litterae rationem habuisse.

Digitized by Google

esse, sed inde a Scaligero in Publilianis quoque; unde factum est, ut miscendo falsa et vera, quae in codicibus erant suis locis discreta, in unum omnia conflarent. Nam si quis seorsim illas edidisset servato eo ordine, quo in codicibus se excipiunt, vix dubito quin aliquis certe extiturus fuerit, qui nativum senariorum colorem a sententiis per vim ad carminum formam detortis discerneret.

At mihi longe alia mens est. Iam quod in optimis codicibus servatae sunt illae sententiae, hinc certe ne minimum quidem auctoritatis iis adcrescere facile intellegitur, si tecum reputaveris, demum a littera *N*, quo ipso loco versus Publiliani in omnibus libris excepto fere uno Frisingensi deficiunt, sententias legi rythmicis numeris carentes. Quis non videt, postquam posterior pars sententiarum interciderat, substitutas eas esse ad lacunam explendam, cum praesertim vere Publilianae — et quam illae diversae — postea sint repertae? Porro si quis perpenderit inter illas sententias ne unam quidem esse, quae a veteribus Publilio tribuatur, eas ad unam omnes abiciendas esse Publilii editori vix poterit negare.

At dixerit forsitan quispiam, ut longe plurima sermonem pedestrem sapiant, ita tamen rara quaedam reperiri concedendum esse, quae ictus iambicos aperte prodant, verbi causa sententiam omnium fere consensu inter Publilianas receptam:

Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.

Neque id plane immerito. Scilicet fons fuit illi, unde sua hauriret ad compensandum damnum (si discesseris a prov. 148. 149. *Zelum de deo tantum habeas etc.* haud dubie ab homine Christiano additis, ne ultima littera loco careret) Pseudosenecae liber de moribus, sive Proverbia, ut idem liber saepius inscribitur, quem in codicibus antiquissimis ampliorem esse quam nunc in editionibus circumfertur, uno verbo significasse satis habeo. Insunt septem Sapientium dicta, Catonis praecepta, Ciceronis quaedam (§ 18 = Cic. de senect. 18, 66; § 20 = de amic. 6, 22), Senecae philosophi, Plinii iunioris, Lactantii, nec non ex poetis pauca quaedam decerpta, velut integer tetrameter trochaicus § 10

Multos vitam differentes mors incerta praevenit.

Digitized by Google

Quis vero fuerit poeta, cuius ex libris incertus libri de moribus auctor nonnulla desumpsit, ut incertum est, ita eum non fuisse Publilium affirmare licet. Quid! quod sexcentorum et quod excurrit versuum, quos Publilio vindicaturi sumus, ne unus quidem in libro de moribus legitur, nec, quod eodem redit, Pseudosenecae sententiarum ulla inter Publilianas. Sed de opusculis sententiosis, quae incertorum sunt auctorum, hic non est dicendi locus: interim, si monuero libro de moribus nullam prorsus intercedere cognationem cum sententiis Publilianis, causae meae satis prospexisse mihi videor.

2) De sententiis in codicibus praesertim recentioribus falso Publilianis insertis.

Praeter supplementum litterarum *N—V*, de quo modo verba fecimus, alia quoque a Publilio utique abiudicanda adhaeserunt, rara illa in codicibus vetustissimis, frequentissima in codd. saeculi XIV. Excipiendus fortasse et Publilio vindicandus v. 638 in solo codice π, sed medius inter versus Publilianos servatus: multo certe suspectior est sententia codici *R* in summa pagina post v. 326 recentiore manu adscripta:

Multum est difficile servire regi absque commodo.

quam nolui iambis donatam

Multum est difficile servire absque incommodo

vel in trochaeos redactam inter Publilianas recipere.

Iam vero quae in reliquis codicibus accesserunt, non solum suspicionem movent, sed confidenter eicienda sunt, propterea quod interpolationis originem aperire facillimum est. Itaque supervacaneum videri posset eas sententias enumerare, nisi multum interesset demonstrare, quam late interpolationis pestis grassata sit, ne gravius de multiplicibus editorum erroribus iudicium feramus. Ac persequenti ad temporum ordinem interpolationis initia progressusque primo loco commemorandus est codex Basiliensis, in quo ante v. 25 in infimo margine addita sunt rec. manu:

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Amicos secundae res optime parant, adversae certissime probant.

deprompta illa ex Pseudosenecae libro de moribus, § 138. 51.

Digitized by Google

Saeculo undecimo, qui sententiarum epitomen Parisinam (*E*) descripsit, in fine subiunxit haec:

Idem velle et idem nolle ea demum firma amicitia est.
Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt.

haud dubie ex Sallustii Catilina 20 et Jugurtha 10, nec magis dubium, quin prima manu ab ipso librario addita sint, cum idem ille codex contineat Sallustii Catilinam et Jugurtham. Sequentis saeculi, duodecimi, testem proferam codicem Bernensem, in quo iam latius serpsit malum: habet enim non solum duas sententias codici Basiliensi, ut modo monuimus, adscriptas, sed ante v. 159:

Excusationem uitium quaerere, sed delinque omnia ad deum.
Elemosina non tam accipientibus prodest quam dantibus,
et spes praemii solatium fit laboris,

ducta ex Pseudoseneca de moribus § 80. 55. 56; ante v. 178:

Facta (emend. *Ficta*) *cito ad naturam suam recidunt,* desumpta ex Seneca de clem. 1, 1, 6; post v. 221 Pseudosen. de mor. 48, denique post v. 252 Pseudosen. de mor. 68. 69. 72. 72. 62. 63. 64.

Quam interpolatis codicibus usus sit saeculo decimo tertio Vicentius Bellovacensis, ex speculo doctrinali licet cognoscere. Legimus enim spec. d. 5, 43 inter proverbia Sapientum (cf. supra pg. 21 extr.)

Consuetudo est altera natura,

quae verba nec senarium implent, nec Publilii sunt, sed Ciceronis de fin. 5, 25. Idem erravit codice deceptus spec. doctr. 4, 165: *Ex prov. Sap. Tenue mendacium perlucet, si diligenter inspexeris,* et spec. doctr. 4, 56: *Ex prov. Sap. Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostro conveniat,* ignarus Senecae illa esse, epist. 79, 18 et 5, 2, quod ante eum iam Ioanni Saresberiensi acciderat epist. vol. II. pg. 257 editionis Oxoniensis: *iuxta Sapientis edictum (dictum?), Frons populo nostro conveniat, intus omnia dissimilia sint.*

Haec sufficiant de initiis interpolationis. Saeculo autem decimo quarto eam non tam arctis finibus se continuisse facile explicatur. Excitabat ipsa sententiarum inscriptio 'Senecae proverbia' librarios, ut ex Senecae libris alia adderent;

Digitized by Google

quin etiam inventus est, qui ex Senecae dialogorum libro I. (de providentia), II. (de constantia sapientis), III. IIII. V. (de ira) librisque de clementia plane novam satisque amplam sententiarum collectionem excerperet eamque suo iure inscriberet Proverbia Senecae. Delectus illius (cf. codd. Paris. 6379. 6380. 6384. 6390 saec. XIV. et XV.) prima sententia est: *Non quid, sed quemadmodum feras interest* (= de provid. 2, 4), ultima haec: *Venia est poenae meritae remissio* (= de clem. 2, 7, 1); sed ne quis tractatum ad explendam posteriorem sententiarum partem (*N—V*) compositum fuisse suspicetur, monendum est multas alias inesse, quarum prima verba incipiunt a litteris *A—M*.

Sed quamdiu hae duae proverbiorum collectiones separatim describebantur, altera prave Senecae inscripta, cum esset Publiliana eaque per ordinem litterarum disposita et homini vel leviter litteris imbuto iamborum ictus prodens, altera ad ordinem dialogorum Senecae digesta, longioribus enuntiatis originem pedestrem prae se ferens, Publilii sententiae ab interpolationis iniuria defendebantur: sed patefacta est, ut ait Terentius, fenestra malo, simulac extitit qui recentioris farraginis sententias in brevius redigeret et ad litterarum ordinem disponeret. Huius libelli retractati ea est externa species, ut incipiat a sententia: *Avida est periculi virtus* (= de provid. 4, 4), desinat in verba *Ultionis contumeliosum genus etc.* (= de ira 2, 32, 3), sicuti est videre ex codicibus Parisinis 6385. 6631. Vere quidem in codice 8545 adnotatum est: *Hic sunt alia proverbia Senecae. Avida est etc.* immo in codice 8546 quattuor opuscula bene distinguuntur, *liber de moribus*, *proverbia Senecae* (metrica, i. e. Publilii sententiae), *'parabolae Senecae philosophi' Non quemadmodum feras interest etc.* denique eiusdem libelli altera editio *'Avida est periculi virtus etc.'* Verum qui postea proverbia Senecae descripserunt, haud raro commiscuerunt diversae propaginis sententias, qui eas ediderunt, hinc illinc qualiacumque arripere haud dubitaverunt, dummodo sibi placerent. Itaque molestum est in singula inquirere. Monuisse satis erit interpolationis fontes primarios fuisse Pseudosenecam de moribus, proverbia ex Senecae dialogis excerpta, eiusdem epistulas ac tragoedias, Senecam rhetorem, Pseudo-

Digitized by Google

caecilium Balbum. Et ut supra ex Cicerone ac Sallustio singula quaedam inserta fuisse vidimus, ita nullus fere est inter veteres scriptores, cuius non aliqua certe sententia influxisse possit in hanc foedam paludem. Quid quod Fabricius 'e manuscripto' hanc edidit sententiam:

Ferme fugiendo in media fata incurritur,

huc delatam ex Livio 8, 24, 4; quod in codice Parisino 8027 Bactrorum proverbium irrepsit inter sententias Publilianas: *Verum est canem timidum vehementius latrare quam mordere, et altissima quaeque flumina uno solio* (leg. *minimo sono*) *labi,* e Curtio 7, 4, 13 male huc retractum; quod qui codicem Parisinum 8049 (C) scripsit, sententiarum numerum auxit ad duo milia (cf. supra pg. 19), ceterum in hoc a fraude vacuus, quod nec Publilii nec Senecae nomen praefixit. Huius confusionis ut aliquod extaret monumentum, simul ne alii in eosdem errores iterum inciderent, ad calcem editionis nostrae edidimus trecentas fere sententias ab editoribus sive ex codicibus interpolatis sive ex ipsis auctoribus Romanis Publilianis falso admixtas. Quas etsi non omnes auctoribus suis reddere contigit, satis firmis tamen comprobasse mihi videor argumentis, sententiarum in recentioribus tantum codicibus servatarum nullam prorsus esse auctoritatem.

3) Tertio loco disserendum erit de iis sententiis, quae incipiunt a litteris *A*—*N*, quaeque in omnibus codicibus extant, id est de versibus 1—34 (*A*), 44—78 (*B*), 85—105 (*C*), 123—138 (*D*), 147—162 (*E*), 166—192 (*F*), 194—202 (*G*), 203—223 (*H*), 230—263 (*I*), 291—301 (*L*), 309—349 (*M*), 377—386 (*N*).

Qua ex causa sententias, de quibus modo dictum est, omnes a Publilio abiudicandas esse censuimus, ex eadem has omnes ei vindicandas esse persuasum nobis est. Ut enim illae pedestrem orationem redolent, ita hae aut leni medela adhibita iambicos vel trochaicos explent numeros, aut auxilio critico ne indigent quidem; ac sicut illic cavendum erat, ne lepidos quosdam versiculos Publilio tribueremus, ita his ne denegemus leve illud adiumentum, quo ad carminum formam reducuntur: adeo primum editoris officium est videre, ut sibi constet. Cum ii, qui codices sententiarum Publilianarum

Digitized by Google

saec. IX. et X. descripserunt, non magis rei metricae periti essent quam ille, qui primus supplementum sententiarum pedestrium codici suo inculcavit et maiorum enuntiatorum ambitus ita dispertiisse satis habuit, ut singulos fere versus explerent, factum est, ut verba poetae non solum notissimis socordiae generibus foedarentur, sed etiam hic illic suis locis moverentur. Ceterum ad restituendum pristinum nitorem minime tam fortibus remediis opus erit quam in Plauti ac Terentii fabulis.

Sed ut concedamus eas sententias iambis vel trochaeis adstrictas esse, nova exoritur quaestio, quo iure Publilio eas addicamus, cum poetae nomen ne unum quidem codicem in fronte praeferre iam supra docuerimus? Si in unum colligas, quae de Publilii sententiis Senecarum rhetoris ac philosophi, Gellii et Macrobii testimoniis pro exploratis haberi possunt, eo redeunt omnia, ut constet eas fuisse singulis versibus circumscriptas, plerasque senariis iambicis compositas, nonnullas tetrametris trochaicis, denique pertinuisse ad philosophiam moralem et ad communem sermonum usum commendatissimas fuisse. Quae omnia non solum mirifice conveniunt cum sententiis nostris, sed etiam versus 1. 2. 55. 104. 176. 178. 221. 234. 236. 245. 250. 286. 362. 383 iidem sunt, quos a Seneca et Gellio Publilio tribui vidimus.

Superest, ut quomodo Publilii nomen interciderit ac Senecae in eius locum successerit, paucis exponamus. Potest id casu accidisse, rescisso primo folio, quam suspicionem codex ille, unde Turicensis descriptus est, mutilus initio, confirmare videtur; potest ad eum librariorum morem referri, ut, quae litteris maioribus exaranda erant, veluti titulos, pictori postea explenda relinquerent; potest id denique fingi ludi magistrorum culpa et discipulorum factum esse, ut dum in sententiis interpretandis, describendis, ediscendis desudant, versus ipsos magis curarent quam auctorem aliunde parum notum. Sed facilior explicatio in promptu est. Cum enim posterior sententiarum pars interiisset, aliaeque ex libro de moribus in earum locum essent substitutae, quem librum iam sexto post Christum saeculo Senecae nomine citari docuit Haasius, in praefat. ad Sen. vol. III. pg. XX, proclive sane fuit relicto Publilio ad eam opinio-

Digitized by Google

nem delabi, quasi Seneca non solum nuper additarum, sed omnium auctor esset sententiarum. Accedit quod Seneca, ab Hieronymo in catalogum Sanctorum receptus ob epistulas illas, quas ad Paulum apostolum dedisse credebatur, monachis medii aevi multis litteris ita commendatus erat, ut facile, quidquid ad philosophiam moralem spectabat, eius nomini adscribi potuisse tibi persuadeas. Exemplo sit ipse ille, qui dicitur liber de moribus. Utrum Senecae patrocinium quoddam hoc addiderit, quod v. 1 et 2 Publilii a Seneca epist. 8, 8 et 94, 43 laudantur, an potius illi versus hanc ob causam ab homine quodam docto initio positi fuerint, quo Senecae auctoritati fidem adderet*), id vix ausim pro certo diiudicare. Postremo silentio non praetereundum est, monachos et sanctae ecclesiae patres, cum Publilii pagani sententias saepius in usum suum converterent, eas fortasse a Seneca, christianae fidei ut putabant addicto, vel certe Paulo amicissimo, profectas esse statuere maluisse.

Ac vicit haec sententia, quamvis sit falsa. Neque tamen defuerunt, qui incertae coniecturae diffiderent. In primis mirum videtur codicem Basiliensem inscriptione plane carere, item codicem Frisingensem, Vindobonensem, epitomen Parisinam saeculi undecimi; saeculoque XIII. Vincentius Bellovacensis easdem illas sententias, quae in codice antiquissimo Parisino Senecae inscribuntur, et Publilianas et subditicias, affert tamquam *ex proverbiis Sapientium***) petitas, haud inscite, si quidem eas non uni auctori deberi recte intellexit.

Tertium denique genus est eorum, qui, cum Publilium testimoniis veterum auctorum, Senecam codicum auctoritate commendatum viderent, sententiarum originem ad utrumque referrent et Senecam quoque philosophum, de qua re aliunde non constat, mimos vel certe sententias singulares compo-

---

*) Etiam codicis Parisini 8049 prima sententia, *Auferri potest quod dari potuit,* ex Seneca est desumpta epist. 8, 10, item secunda ac tertia = v. 1. 2 nostrae editionis.

**) Idem tamen uno vel altero loco a vulgari opinione non recessisse videtur, ex. gr. spec. doctr. 4, 115, ubi legitur: *Ex prov. Sap. Difficilem oportet habere aurem ad crimina. Idem ad Lucilium epist. 3. etc.* Spec. doct. 3, 171 editio Veneta anni 1494 habet: *Ex proverbiis Senecae, Nimium altercando veritas amittitur,* = v. 416.

Digitized by Google

suisse existimarent. Cf. Baehrius hist. litt. Roman. vol. I. pg. 330 extr. ed. IV. Falso haud dubie.

Sed quae adhuc disputavimus, harum sententiarum auctorem esse Publilium neque alium quemquam poetam, in universum dicta valeant, non ita, quasi nulla detur a regula exceptio. Neque enim, qui quattuor orationes in Catilinam habitas Ciceronis esse contendit, singula quaedam vocabula vel enuntiata ab interpolatoribus addita esse negabit, neque ego paucas quasdam sententias non esse Publilii infitias iverim. Abiudicandus Publilio versus 213, omissus in codice *R*, et quod dubitationem auget, alio loco in *PB*, alio in *F* traditus; non est senarius v. 200 *Gravior est inimicus, qui latet in pectore*, vel a caesura damnandus, sed paraphrasis versus 198; alienam denique originem profitetur versus 102.

4) Quartum est, ut quaeramus de sententiis incipientibus a litteris *A*—*M*, quae in solo codice Frisingensi servatae sunt, i. e. de versibus 35—43 (*A*), 79—84 (*B*), 107—122 (*C*), 139—146 (*D*), 163—165 (*E*), 193 (*F*), 224—229 (*H*), 265—291 (*I*), 302—308 (*L*), 341—376 (*M*).

Quod brevitatis causa scripsi quarto sententiarum generi unam esse codicis Frisingensis auctoritatem, id non ita intellegi velim, quasi non singulae aliquae in aliis quoque codicibus traditae sint: accuratius dixeris prorsus abesse eas a codicibus *PRBEC*, ab Erasmi, Panthaleonis, Fabricii, Bentleii libris, a Palatinis Gruteri excepto uno (cf. ad v. 35. 39. 146. 165. 224), ceterorum nullum esse, qui omnes contineat. Simillimus quidem Frisingensi est codex Vindobonensis, in quo v. 35—43, 79—83, 107—121 totidem fere verbis leguntur, ita ut Frisingensi par esset censendus, nisi in litteram *C* deficeret. Praeterea cum Turicensi congruunt Frisingenses sententiae 109. 112. 115. 116. 226. 284. 366; a Gellio laudantur v. 193 et 362, a Seneca v. 119 et 286, quos a librario in veterum scriptis multum volutato ex ipsis Gellio et Seneca illatos esse ideo parum credibile est, quia cur duos alios a Gellio eodem loco prolatos (v. 106. 264) omiserit, vix satis idonea causa inveniri potest. Quare non est, quod ii versus in universum quidem suspicionem moveant, tamquam aliunde assuti; sed videntur potius Frisingensis et Vindobo-

Digitized by Google

nensis ex pleniore exemplari ducti esse, reliqui sententiarum amplius centum iacturam fecisse.

Occurrunt tamen multa, quae admonent, ut circumspecto iudicio utamur: v. 37 ad verbum idem est cum Terentiano Andriae 3, 3, 23, versus 84, litterae *B* ultimus, omissus est in Vindobonensi et ad Martinum Dumiensem referendus; suspectus ipse locus, quo in *FV* illi versus perscripti sunt, in fine scilicet litterarum *A*—*M*. Praeterea in hac codicis Frisingensis appendice tres recurrunt sententiae, quas easdem librarius iam supra scripserat: v. 89 integrior ante v. 107, v. 182 emendatior post v. 193, v. 248 iterum, sed corruptus legitur post v. 262. Alias sententias in codicibus mutilatis servatas scriba Frisingensis, cum suis locis quos in illis obtinent neglegentia praetermisset, huic appendici inseruit, v. 47 inter v. 79 et 80, v. 217 inter v. 225 et 226, v. 241 inter v. 263 et 264, v. 233 inter v. 276 et 277.

Si denique quaeras, num se commendent ipsae lepore aut dicendi genere, longe plurimas simillimas esse Publilianis facile concedendum est, ita tamen, ut nonnullae intercurrant, quae paraphrases sententiarum metricarum esse videantur. Sententia 83 ex. gr.

Bene audire alterum patrimonium est.

ultima litterae *B* in cod. Vind. quam Ribbeckius inter probatas rettulit sic emendatam

Bene [*vulgo*] *audire est alterum patrimonium,*

interpretatio potius v. 217 dicenda erit. Cf. versus quoque v. 141 et v. 165, ultimus litterae *E*. Quare sic existimo: vindicandas esse has sententias Publilio, donec aut externis aut internis argumentis probetur contrarium; praevalere quidem praesumptionem originis Publilianae, sed librarium codicis *F*, cum ex duobus codicibus sententias contexeret, hic illic lapsum esse.

5) Cum vetustiores codices desinant in decimam sententiam litterae *N*, iam nostrum erit examinare, quid censendum sit de versibus 387 seqq. Quod ad hanc sententiarum partem attinet, ita ad summam penuriam suppellectilis criticae redacti sumus, ut omnis causa quasi uno teste

Digitized by Google

agatur: destituti enim ope codicis Vindobonensis praeter Frisingensem solo nitimur sententiarum delectu Turicensi, in quo ad viginti quinque huius partis versiculi, iique depravatissimi, aetatem tulerunt, et codice Parisino 8027, de quo cf. pg. 19. Vix operae pretium est commemorare, versibus 389 et 542 accedere auctoritatem codicis Parisini 8049. Eae sententiae, quin sint Publilii, non est quod dubitemus.

Quamquam hic quoque valet, quod iam supra vidimus: posse suspectas fieri, quae sub finem litterarum *N—V* leguntur, utpote a librario collectas ex alio pleniore codice. Sic v. 500, qui est ultimus litterae *P*, apud Caecilium Balbum quoque legitur, Monac. 48, 7, pg. 34; in versu 499 insolens est locutio *pericula accipere**), dicta ad analogiam eius quod est *vulnera accipere;* in versu 498 *Pro bŏna fama maxima est hereditas* non placet emendatio quamvis facilis *Probo bona fama m. est h.* (nemo enim improbus bona fama fruitur), sed statuendum potius eum versum interpretandi vel variandi causa ad v. 217 adscriptum fuisse. Cf. ad v. 423 et 583.

6) Disputationis igitur nostrae summa est, ut quae post v. 386 inclinatis litteris exprimi iussimus, a Publilio aliena iudicemus, reliqua omnia dato in singulis exceptionis iure ad sententiarum collectionem a Gellio laudatam referamus. Iam quaeritur, utrum sententias ex omnibus quos enumeravimus codicibus in unum coniunctas aequare corpus sententiarum Gellianarum censeamus, an statuamus nobis epitomen tantum ex illis relictam esse? Liceat rem ad calculos vocare.

Quos retulit tres Publilii versus Seneca rhetor, omnes in codicibus nostris extant, v. 236, 438, 628, item quattuor quos Seneca philosophus v. 1, 2, 119, 250, et quem Salvianus, v. 28; quattuordecim denique Gellianorum inveniuntur tredecim. Eorum unum, *Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit*, in solo *T* servatum esse nemo certe mirabitur, cum hominibus christianis aut inutilis aut obscurior videri potuerit. Itaque unus tantum versus, quem legimus apud Gellium, in nostris codicibus desideratur, v. 106. Id non minus argumento est librariis locum Gellii, 17, 14

*) Cf. tamen Cic. p. Sulla, 1, 1: *calamitatem accipere.*

Digitized by Google

ignotum fuisse, quam vetustorum codicum corruptelae quaedam, quae ex Gellio facile sanari poterant, veluti v. 221 *heres fictus*. In recentioribus demum codicibus et versus ille emendatus legitur et certissima comparent Gellii vestigia, ex. gr. in codice *C*, et in Bambergensi pg. 67 '*Sententiae Publii ad communem usum accommodatae. Beneficium etc.*' quae verba ex ipso Gellio petita sunt. Quae cum ita se habeant, sententias Gellianas tantum non omnes aetatem tulisse maxime est verisimile*).

Altera quaestio exoritur haec: utrum sententiis inesse credamus aliorum quoque poetarum praeter Publilium versus necne?

Ac de Terentio quidem et Laberio breviter dictum est pg. 4, Matii versus inesse immerito suspicatur Baehrius, hist. litt. Rom. vol. I. ed. 4. pg. 330. Sed ecce gravissimus nobis auctor inducitur L. Spengelius, in Caecilii Statii fragm. pg. 7 ita disserens: '*In latinis Syri sententiis pariter atque in Menandri graecis plura vetustis comicis et tragicis excerpta latent. Quae qui nobis servavit, nisi ex ipsis auctorum fabulis, e libris veterum nunc deperditis, quales Senecae Gellii aliorum sunt, descripta congessit*'. Id haud dubie scripsit, cum Bothii fide confisus Publilii esse sumeret, quotquot ille edidit sententias, quod tamen falsum esse iam supra demonstravimus. Quid multa! Quae Spengelius Sophocli, Euripidi, Ennio, Varroni, Ciceroni vindicat, ex iis ipsis auctoribus non indicato fonte Bothius primus Publilianis sententiis inseruerat, cum in codicibus nostris nec vola nec vestigium supersit.

---

*) Aliter statuendum est de paucis quibusdam sententiis, quas Seneca philosophus non addito auctoris nomine attulit, veluti epist. 94, 43. 108, 11. Nam fieri potest, ut versus

Avarus animus nullo satiatur lucro.
Quod vult habet, qui velle quod satis est potest.

omiserit, qui sententiarum corpus Gellio cognitum composuit, cum sint Publilii. Iam vero quae legitur sententia ap. Quintil. 8, 5, 5, eo ipso loco, quo dicendi ille magister usus est exemplo Publiliano (cf. ad v. 628)

Mors misera non est, aditus ad mortem est miser.

senarius quidem est, quod fugit Bonnellium, sed num Publilii valde dubito. Cf. supra pg. 13.

Digitized by Google

Simili errore Zellius versum '*In nil sapiendo vita est iucundissima*' a Publilio ex Soph. Aiace 554 *ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος* traductum, rectius Andr. Spengelius (Coniectan. in Soph. trag. Monach. 1858. pg. 9. 10) subditicium esse dixerat: immo receperat Bothius, ut multos alios, ex Erasmi Adagiis. Quibus accurate perpensis non est quod aliquam sententiarum partem vetustioribus poetis Latinis adscribamus.

7) Reliqua est satis nodosa de sententiis in solo codice Turicensi servatis disputatio, quam consulto adhuc distulimus, ut si quid iam nostra disquisitione effectum esset, id in re tam obscura aliquid lucis afferret. Centum igitur et novem ex illo codice sententias edidit Orellius, congruentes alias ad verbum fere cum Publilianis, alias plus minusve immutatas et resolutis versuum numeris, ut vix poetam agnoscas, alias denique plane ignotas, quibus ad supplendum Publilium usus vel potius abusus est. Si enim, ut perhibent, quadraginta tres novae sunt, prope dimidiam sententiarum Publilianarum partem intercidisse concludendum esset; sin autem verum est, quod modo vidimus, longe plurimas aetatem tulisse, vix possunt quadraginta tres illae Publilii esse. Ac de auctore quidem sententiarum nihil prodit codex inscriptione carens; interna argumenta circumspicienti non dubium erit, quin multa a Publilio prorsus abhorreant: octonarii iambici, quos constituit Ribbeckius v. 816 et 830, cum poetam senariis tantum aut trimetris trochaicis usum esse constet; sententiarum ambitus non singulorum versuum finibus circumscriptus, sed ampliatus ad modum unius versus cum dimidio, v. 818. 839 Ribb.; particula *enim* initio versus posita, 830 Ribb. Quid! quod christianam fidem sapiunt *carnalis cupiditas* et *dominus κατ' ἐξοχήν* intelligendus, nostrae editionis v. 669. 676. Quare omnia eo inclinant, ut sententias Turicenses aut duplici ex fonte haustas, aut, si omnes fuerunt Publilianae, adeo existimemus corruptas et interpolatas esse, ut de iis restituendis desperandum sit.

Ne eos quidem versus, quorum metrum sanum est, cautus editor inter Publilianos inserere volet, sed Ribbeckium recte fecisse arbitror, quod eos separatim posuit. Eidem

Digitized by Google

legi ipsi obtemperavimus, quo maior nobis esset licentia, in arena quasi secreta citra cuiusquam damnum exsultandi et coniecturis indulgendi.

V. De interpolationibus.

Interpolatores hoc loco non eos dicimus, qui Publilii sententiis alienas addiderunt (de his enim iam in capite quarto exposuimus), sed illos potius, qui interpretandi causa verba poetae *consulto* immutaverunt: sic suo ordine in capite sexto de iis corruptelarum generibus disserendum erit, quae *invitis* librariis admissa sunt ac de tollendis iis, id est de emendandis. Sed quoniam in plurimis codicibus interpolationis vestigia non extincta quidem, at certe ita obscurata sunt, ut aliquotiens incertus haereas, sintne deletis interpolatoris vel glossatoris additamentis senarii restituendi, an sententiae pedestri sermoni assignandae, primum luculento codicis Turicensis exemplo demonstrare conabimur, quidnam consilii interpolatores secuti sint et quos ad fines eorum opera grassata sit. Id cum per se neglegi non possit, ut rectum de ceteris codicibus feramus iudicium, tum delectationis aliquid habet ex ipsa codicis indole atque condicione comprobare scholarum praeceptores ad docendam linguam latinam Publilii sententiis usos esse.

1) Omissis sententiis Turicensibus, quae aut ad verbum cum Publilianis codicum *PRBF* conspirant, aut plane incertae sunt originis, huius erit loci de iis disserere, quae paraphrases Publilianarum dicendae sunt. Quas qui cum integris versibus comparaverit, facile perspiciet, non tam id egisse interpolatorem, ut aspera perpoliret, minus usitatis substitueret vulgaria, ad intellegendum obscuriora auribus vulgi accommodaret, sed voluisse eum variare orationem, prospexisse copiae verborum parandae, denique ostendisse quomodo eadem sententia aliis verbis posset exprimi. Ac videor mihi videre, quibus exercitationum generibus grammaticus praecipue operam dederit. Iubebantur pueri in locum singularis pluralem numerum substituere, nominativum v. 115

Digitized by Google

aliis quando rebus attenti sunt animi (*cum animus alias res agit*), genetivum v. 112 *possidet populorum bona* (*populi*), accusativum v. 157 *suggerere tela* (*telum*), v. 515 *quoscumque* (*quemcumque*), ablativum v. 116 *caret periculis* (*periclo*): iubebantur adiectiva comparativo vel superlativo efferre, v. 397 *laudem praeparat ampliorem* (*laus amplissima est*), v. 423 *nil turpius dicas* (*turpe*), v. 127 *peius ne loquaris* (*male*), v. 482 *frequentissime* (*assidue*), v. 542 *plus — minus* (*omnes — nullas*); v. 227 et 243 supra scripta fuisse videtur comparativi forma, *gravior, miserior.* Praeterea docebantur synonyma substituere, v. 214 *virus* (*venenum*), 233 *honestatem* (*ingenuitatem*), 284 *libertas* (*ingenuus animus*), 310 *contumeliam* (*iniuriam*); v. 91 *revertitur* (*redit*), 109 *ferre* (*pati*), 116 *cautus est* (*cavet*), 196 *delitiscens* (*qui latet*) etc. Talia clarum est Publilii versibus a ludi magistro in usum suum supra scripta, vel, quod exempla docent infra adscripta, in dextro margine adnotata fuisse; postea imperitia librariorum, quasi grammaticus adnotationibus suis Publilium corrigere voluisset, ipsa poetae verba loco deturbata sunt. Nam in eo libro, ex quo Turicensis descriptus est, utrumque scriptum fuisse, et Publilianum et scholasticam interpretationem, librarius qua fuit in describendo insipientia, satis prodidit. Cf. v.

86 *Crudelis est in re adversa subiurgatio sceba vel saeva.*
309 *Malignos fieri maxime ingratos docere saepe.*
452 *Pericula timidus etiam quae non sunt videt praesagus.*
174 *Fatetur facinus prompte, qui iudicium fugit manifeste.*

Eiusdem generis sunt v. 125 *bello* et *proelium*, 661 *dinoscitur* et *videtur*, 664 *cum coles* et *laudando*, 672 *accusat* et *criminari*, 675 *reddit* et *persolvit*, 692 *valet* et *regnat*; 663 *prorsus* ad explicandam vocem *utique* adscriptum adhaesit ei versui, qui in Turicensi proxime sequitur, v. 322. V. 401

Nulla est maior homini poena quam necessitas inopia.

(Publ. *quam infelicitas*), librarius nescius quid duo nominativi sibi vellent, supra scripto *ti* correxit *necessitatis*, neque aliter v. 657

Consilium in adversis medicinae remedium prudentis est.

vocabulum *medicinae* interpretamenti loco ad vocem *remedium* adscriptum, sequenti substantivo adaptatum est.

Digitized by Google

Quid mirum eo licentiae processisse grammaticum, ut, cum versus ad litterarum ordinem essent dispositi, vel ipsa prima sententiarum vocabula transponeret aut immutaret, ut v. 233. 322. Iam vero quas sententias morum emendationi obstare credebat, aut omisit aut correxit, ut frustra quaeras his similes:

20 *Aperte mala cum est mulier, tum demum est bona.*
38 *Amantis iusiurandum poenam non habet.*
98 *Cum vitia prosunt, peccat qui recte facit.*
541 *Qui pote celare vitium, vitium non facit.*

Ne pueri vitia seniorum imitarentur, versum 633

Ubi peccat aetas maior, male discit minor,

ita refinxit:

Ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia?

Cf. etiam v. 448. Denique hominem christianum in eo quoque agnoscas, quod multus est in laudanda conscientia recta, et in malae sollicitudine ob oculos ponenda. Cf. v. 97. 196. 200. 665. 683.

Quare qui secum reputaverit, quantum sententiae Publilii in codice Turicensi a pristina forma desciverint, facere non poterit, quin eas in scholis christianorum lectitatas ideoque depravationi maxime obnoxias fuisse statuat: unde confirmatur Hieronymi testimonium de quo supra diximus pg. 14. Et haec quidem de codicis Tur. interpolationibus.

2) Sed cum interpolationis initia claris exemplis demonstrata supra saeculum nonum ascendant, quaerendum erit, num etiam codices *PRBF*, quorum ad fidem nostra sententiarum recensio facta est, similibus vitiis inquinati sint. Eos integritate scripturae longe distare a Turicensi iam saepius dictum est, sive quod exemplaria ex quibus descripti sunt non ita innumerabilibus scatebant interpretamentis, sive quod librariis satis fuit prudentiae, ut interpolationes ab ipsis Publilii verbis discernerent. Nihilominus excitata est suspicio fieri potuisse ut similibus de causis similia vitia ingruerent.

Iam quod ad comparationem adiectivorum pertinet, haud dissimile est, quod in Fris. legitur v. 227; similis codicis *E* discrepantia v. 317: cf. adnot. quoque ad v. 198. Verum

Digitized by Google

haec iam alii sanaverunt. Nova nanciscimur ex duobus additi pronominis relativi exemplis, de quibus vide adnotationem ad v. 423 et 483. Quid enim aliud latere tibi persuadeas v. 547

Quam est felix vita, quae sine negotiis transit,

nisi hoc:

Quam felix vita transit sine negotiis?

Pari modo in versu 132, qui tamdiu editores vexavit,

Deliberandum est quidquid statuendum est semel,

quod manifeste deest, ut habeat *semel* cui opponatur, non est *diu* ex Vincentio inductum, sed *saepe* in solo Frisingensi servatum; iam adverbio suo loco reposito facillimum erit deleto pronomine scribere:

Deliberandum est saepe, statuendum (est) semel.

Neque alio vitio laborat in codice *F* sententia 632:

Unus dies poenam affert, quam multi cogitant,

ἄμετρος et ab oratione vitiosa; nam dicendum erat *quam multi cogitaverunt.* Cf. varias lectiones ad vv. 5. 57. 234.

Egregium interpolationis exemplum praebet futurum quoque exactum, quod in sententiis generalibus in locum praesentis succedere vel posse vel debere satis notum est. Id igitur ut discipulis inculcaret ludi magister, multos locos correxit, veluti v. 242 *peccaverit* (*peccat*), 179 *perdiderit, poterit,* 213 *fueris doctus* (*sis doctus*); prov. 1 *deridet* (*deriserit*). Hinc petivimus duorum versuum certissimam emendationem:

241 *Irritare est calamitatem, cum te felicem voces* (*vocaveris*),
409 *Necessitas quod poscit, nisi des, eripit* (*dederis*):

ad illam quidem iam proxime accessit editor Ingolstadiensis, nisi quod non vidit coniunctivo opus esse in secunda persona; hoc loco ne quis periclitetur *ni dederis rapit,* monendum est respondere sibi *dare* et *eripere* v. 352 et 536, apud Sall. Iug. 1, 3, Sen. epist. 59, 18, de const. sap. 5, 4, ad Helv. 8, 4.

Denique plus uno loco in peius mutatum videmus verborum ordinem, in Turicensi in primis ac Frisingensis parte altera, item apud Vincentium Bellovacensem. Minime

Digitized by Google

id quidem mirum: nam quae poetae elegans erat verborum collocatio, ea non recta esse videbatur grammaticis disciplinae commodis inservientibus; immo quo facilius singula enuntiata discipuli perciperent, verba ita collocabant, ut facillime in patrium sermonem verti possent. Ut exemplo utar, solet Publilius pronomen relativum non initio enuntiati ponere, sed altero vel tertio loco; sed saeculo XIII. Vincentius turbatis iambis scripsit v. 2 *quod alteri feceris,* 12 *qui cum ebrio litigat,* 179 *qui fidem perdit.* Quid quod iam saeculo XI. Frisingensis versum 463 sic exhibet:

Pro medicina est dolor, qui dolorem necat,

repugnante metro, quod iam Gruterus recte sic correxit *dolorem qui necat.* Cf. ad v. 46. Alia tamen eiusdem generis vel novissimos editores effugerunt. Cf. ad v. 441. 442. 447. 601. Hinc efficitur codicem, ex quo Frisingensis descriptus est, expertum esse manum emendatricem grammatici alicuius et quasi medium fuisse inter Turicensem et libros interpolationibus minus infectos *PRB*, his tamen propiorem. Quid aliud sibi voluit interpolator ille v. 148

Etiam huic peccato recte praestatur fides,

quam ut addito vocabulo *huic* moneret *peccato* esse dativum non ablativum, vel posse pro re (*peccatum*) personam substitui (*peccanti* vel *peccatori*, ut scriptum est in Bernensi), cum ex Dositheo grammaticos pronomina *hic, haec, hoc,* ad denotandum genus masculinum, femininum neutrumque usos esse sciamus. Quid est aliud pro v. 26 *peccare ex neglegentia vel fragilitate*, nisi interpretamentum? Cf. praeterea v. [illegible] *sibi ipsi dat supplicium*, quod [illegible] sit [illegible], v. 211 *care me*, v. [illegible] [illegible] pronus [illegible] suadent, in v. [illegible] [illegible]

Honesta [illegible]

glossema esse [illegible]

3. Nec tamen grammatici [illegible] interpolatores [illegible] cere maris — singulis [illegible] nendis [illegible] et variandi [illegible]

suum speciem assimilarent. Quas facillime agnoscas, ubi versus interpretans Publilianum statim subsequitur, ut

304 *Lex videt iratum, iratus legem non videt.*
305 *Legem solĕt oblivisci iracundia.*
198 *Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet.*
200 *Gravior est inimicus,* | *qui lātet in pectore.*

Possis etiam inter se contendere v. 52 et 57, 188 et 190, 524 et 540, 603 et 611.

Magis lubrica via editori, ubi interpolator primum versus vocabulum mutavit, librarius postea, cum omnia ad litterarum ordinem revocaret, suo loco inseruit*). Quod factum esse credo in

v. 392 *Nimia concedendo interdum stultitia fit.* coll. v.
180 *Facilitas nimia ad partem stultitiae rapit.*
278 *Interdum habet stultitiae partem facilitas.*

vel propter pessimum ictum vocis *concédendo.* Cf. ad v. 83. 141. 165. 86 et 439. Versum 252

Iactum tacendo crimen facias acrius

ortum esse suspiceris ex v. 331

Maledictum interpretando crimen facias acrius,

et interpolatorem scripsisse *Dictum iactando* vel *Iactando factum.* Et hic vastum patere critico campum, quis est qui neget? ipse, ut mihi constarem, nolui omnia turbare, ne lectori falsam codicum imaginem repraesentarem.

*) Quae in versibus interpolatis concedi potest transpositionis licentia, ad eandem provocare non licet, ubi agitur de vocabulis corruptis. Cf. Ritschelii opusc. 2, 665. Nusquam igitur prima versuum vocabula ita emendavimus, ut littera initialis mutaretur, ne in versibus quidem 9 et 138, quos malit quis mutatis sedibus in codd. legi: facillimum enim esset et v. 9 emendare *Despicere* (libri *Aspicere*), v. 138 *Amissum* (libri *Dimissum*).

Digitized by Google

VI. De Publilii sententiis emendandis.

Ut Cato primum oratori praeceptum proposuit 'Rem tene, verba sequentur', ita primum critici officium est, sententiam spectare, et quid dici debuerit, quid potuerit, quid non potuerit, diligentissime considerare. Solet tamen haud leve accedere adminiculum, cum quod unum scriptoris consilio respondere perspexeris, id recte se habere argumentis palaeographicis vel metricis vel ex dicendi genere petitis comprobari possit. Quamquam igitur duo plerumque vel plura etiam indicia emendandi viam monstrant, et alterum per se non satis certum alterius auxilio indiget, placuit tamen seorsim singula quaeque perlustrare.

1) Libros, unde codices a nobis collati descripti sunt, iam ipsos litteris longobardicis exaratos fuisse, frequentissima litterarum *r* et *s* confusio luculenter demonstrat. Ridicula paene librarii Rheinaugiensis in re prava constantia: qui cum v. 17 *sumor*, 18 *extorquesi*, 86 *in se adversa*, 88. 91. 96. 123. 131. 180 similia scripsisset, mox intellecto errore ex Charybdi in Scyllam incidens contraria vocabulorum monstra protulit, v. 138 *oberre*, 188 *ruba spectu*, 251 *hortem*, 254 *criminora*, 256 *calamitoro* etc. Quare in versu 527 in solo Fris. servato

Qui pote consilium fugere, sapere idem potest

aucta oppositionis vi reponendum existimavimus *rapere*. Cfr. Caec. Balb. p. 38, *occasionem non accipi, sed rapi debere*, Jul. Capitol. Max. et Balb. 2 *consilia rapienda non quaerenda*, Hor. Epod. 13, 4. Sen. epist. 70, 24.

Quod ad scripturae compendia attinet, plurimas turbas movit apex ille, quo syllaba *ur* significatur, ex. gr. v. 423. Haud raro igitur passivae verborum formae cesserunt activis, aut activae rursus depravatae sunt in passivas, veluti v. 478. 448. Aliquoties *ur* abiit in *uir* vel *ui*. V. 521 vitiosa codicis *F* scriptura *contingitur* inde orta esse videtur, quod in archetypo scriptum fuit

Quod vix contingit, vi voluptatem parit,

Digitized by Google

vocabulis *vix* et *vi* male transpositis. V. 380 acquieverunt editores in vilissima editoris Ingolstadiensis coniectura:

Non cito ruina perit is, qui rimam timet,

cum bonorum codicum scriptura *perit uir*, Parisini alterius *peritur*, Turicensis *opprimitur*, verbum passivum latere luce clarius ostendat. In eo eligendo quamquam ambigi potest et ad codicum vestigia proxime accedere videtur *premitur* vel *teritur*, praeferendum tamen *opteritur*.

Et quoniam in his compendiorum minutiis versamur, pauca de pronomine relativo et interrogativo addemus. Scilicet in codice *R* ꝗ modo *quo* significat, modo *quod;* in *F* vero *qđ* constanter positum est pro *quod*, *qd* pro *quid:* id cum ignoraret editor Ingolstadiensis, falsae aliquod lectiones ab illo receptae usque ad hunc diem propagatae sunt. Nam v. 348

Mage valet, qui nescit calamitas quid valet

neque Tzschukkii coniectura *valeat* propter metrum admitti potest, et bene se habent verba in *F* scripta, *quod valet calamitas*, modo transponas *quod calamitas valet.* Item v. 465

Prospicere in pace oportet, quid bellum iuvet

quod legitur in *F*, recte, opinor, ita ut ne emendatione quidem opus sit a nobis olim excogitata, 'quod bellum iubet'. Misere denique detorsit idem ille editor versum 375

Minus saepe pecces, si scias quod nescias,

inferendo *quid.* Cf. praeterea adnot. ad v. 63.

Hemigraphiae insigniora quaedam exempla proposuisse haud pigebit. In versu 381

Nullus est tantus quaestus, quam quod habeas parcere,

sententia quidem constare videtur, versus non item. Neque tamen negari potest negotiatorem et maiorem facere quaestum, et minore labore et breviore tempore, eum qui parcat hoc tantum praestare, quod nullum subeat periculum, cum neque a tranquillitate maris neque ab agrorum fertilitate pendeat. Cum igitur non agatur de magnitudine quaestus, *tantus* haud dubie corruptum est; Publilius autem scripsit numeris trochaicis:

Digitized by Google

*Nullus est tam tutus**) *quaestus, quam quod habeas parcere.*

Similis est emendatio v. 329, ubi ex codicibus reposuimus *misereri* pro eo quod in editionibus circumferebatur, *miseri.*

Passim pronominibus *quisquis* et *quidquid* librarii substituerunt *quis* et *quid*, vel ubi sententia poscere videbatur, *qui* et *quod.* Exemplo sint versus 9 et 379, ubi quod in *F* traditum est, *quod*, nec senarium explet et facillima emendatio, ut scribatur *quidquid*, vetustioribus codicibus confirmatur. Quare in iis quoque sententiis, quae in solo *F* servatae sunt, idem vitii genus subrepsisse maxime veri simile est. Equidem certe in sententiis generalibus, quales sunt Publilianae, ubi pronomini relativo deesse unam syllabam patet, malim corrigere *quisquis*, quam quod alii adamaverunt, *is qui.* Ergo in v. 618

Socius fit culpae, qui nocentem levat,

coll. v. 471 facilius erit, *quisquis* emendare quam *sublevat.* Accusativum tamen, *quemquem*, raro admodum usurpatum non ausi sumus restituere v. 366. Cf. praeterea v. 82. 155. 174. 200. 380.

Unam denique emendandi viam editores sibi ipsi praecluserunt. Cum enim multarum corruptelarum origo ex iis repetenda sit, quae in codicibus aut proxime antecedunt aut subsequuntur, quia facile oculi a priore versu ad posteriorem aberrant vel contrario modo a librariis peccatur, maluerunt illi sententiarum ordinem, quo in codicibus se excipiunt, suo arbitrio invertere. Ita v. 529

Qui obesse cum potest, non vult, prodest

senarium claudum nemo adhuc nisi fortissimis remediis adhibitis resuscitavit, iamque de sanando diffidebant, cum Halmius in codice *F* proximam sententiam in praenomen *tibi* desinere animadvertit eoque vocabulo addito versum in integrum restituit. V. 491 de corruptis verbis *potest ultus* nihil certi constat nisi hoc, natum esse vitium ex v. 492 *prudenti stultus etc.* et quattuor tantum litteris (*pote*) pro fundamento emendationis relictis cetera coniecturae patere. V. 440.

*) Fortasse praestat *tam certus*, coll. Plin. n. h. 18, § 29 'Cato interrogatus quis esset certissimus quaestus, respondit; si bene pascas'.

Digitized by Google

O dulce tormentum, aequo ubi reprimitur gaudium

editores inversione minime Publiliana (*Tormentum o dulce*) metro consuluerunt, ignari vocem *aequo* ex versu sequenti male huc retractam esse, qua deleta senarium in integrum restituisse mihi videor.

2) Ad prosodiam ut transeamus, pauca primum monenda sunt de vocalium quantitate. Et in perfecti quidem persona tertia plur. (— *erunt*) *e* corripi posse vix dubium faciunt v. 90 (*odĕrunt*) et exempla aliquot Vergiliana (cf. Forbigeri adnot. ad Verg. Eclog. 4, 61), ita ut v. 555 *defendĕrunt*, v: 609 *abstulĕrunt* a prosodia impugnari non possint. *Alterius* (cf. Ritschelii opusc. 2, 662 sqq.) quattuor locis occurrit; v. 297. 372. 543 correpta *i*, ut v. 50 quoque eandem esse vocalis quantitatem iure statuas. *Tibi, sibi, ibi, ubi*, ultimam, quam grammatici ancipitem esse docent, ubique brevem habent, quo concidunt nonnullae coniecturae a viris doctis prolatae. Pariter *cito* nisi brevi ultima non legitur, unde falsam esse efficitur Erasmi coniecturam ad v. 380 propositam. Cf. praeterea ad v. 91. 469. 656.

De syllabis positione longis monuisse sufficiat vocalem brevem sequentibus litteris *gn* produci*), corripi autem ante *cr* et *tr*. Hinc apparet falso dedisse Bothium v. 358 *lăcrimis*, recte Gruterum v. 353 *merĕtrix* et quae sunt similia. Haec et id genus alia, veluti synizesis et syncopae exempla, cui singillatim persequi libuerit, percommode indice verborum uti poterit, quem editioni nostrae subiunximus. Facili negotio inveniet Publilium ubique usum esse forma *periclum*, Gellii et optimorum codicum auctoritate confirmata, ideoque utique recipiendam fuisse Ribbeckii coniecturam v. 625; videbit, etsi in plerisque codicibus scriptum est *nihil*, restitui tamen debuisse *nil* vel iubente senariorum lege vel propter metri elegantiam, v. 6. et 239, ne in versibus iambicis tres quattuorve dactyli concurrerent. Simili de causa v. 72 forma *nisi*, quae librariis magis nota in codicibus praevaluit, exterminanda fuit restituta *ni*, eademque medela commendanda in v. 427.

*) V. 442 metrum respuebat facilem coniecturam: *Occidi pulchrum est, ubi ignominia servias.*

Digitized by Google

Sequente consonante *us* (*u'*) corripi posse, quae est antiquiorum poetarum licentia, parum credibile est, cum perpauci versus, in quibus id factum esse videtur, lenissimis remediis sanari possint. Cf. v. 387. 632. Itaque videtur Publilius, ob sermonem purissimum tanto opere celebratus, in arte quoque pangendorum versuum propior esse Vergilio, quam Plauto et Lucretio quoque, ut versum 638 (*gravi'*) non profectum esse a Publilio prò certo affirmari possit.

Quintum senariorum pedem raro admodum constare iambo puro res est notissima. Excusationem quidem habent vocabula quinque vel sex syllabarum, ex. gr. v. 34 *sollicitudinis*, v. 77 *misericordia;* sed recte pessimi versus esse iudicantur, cum quintum et sextum pedem duo vocabula bisyllaba occupant. Quare ferri nullo modo potuit v. 10:

Amici vitia si feras, facis tua,

sed adstipulante codice Basiliensi scribendum fuit *facias.* Suspicionem movebat vel a metro v. 536 . . . *datur probis;* reicienda fuit v. 322 coniectura:

Minus est quam servus dominus, qui suos timet.

V. 307 (. . . *ignis potest*) quintum pedem spondeus explet, ut modo vidimus, non iambus. Adeoque Publilius in quinta sede vocabula iambica evitavit, ut v. 584, quem plurimi pro senario habent, maluerit scribere *possit,* quam quod lex grammatica postulabat, *potest.* Multa in utramque partem disputari posse de coniectura nostra ad v. 651 prolata

Viri boni est nescire iniuriam pati,

ipsi amicorum admonitionibus experti sumus. Sed scrupulum iectum de iambo in pede quinto admisso eximit v. 592

Saepe ignoscendo des iniuriae locum,

praesertim cum non sit vocabulum bisyllabum, quod sedem quintam obtinet; nec firmis argumentis evinci potest, eum qui nesciat iniuriam pati, necessario dici *virum fortem.* Cf. Sen. de provid. 1, 5. 6. 2, 1. 4. 6. 9. 3, 1 etc. Sententiam quod attinet, promptior sane est explicatio hominem christianum correxisse *iniuriam facere,* quam librarium nescio

Digitized by Google

quo errore inductum scripsisse *pati* pro eo, quod in archetypo invenerat, *facere*.

Caesuram post tertium iambum, qua senarii dimidiati dissolvuntur, vulgo damnari vel certe vituperari constat: quae ratio saepe emendandi consilium aliis ex causis petitum confirmavit. Cf. v. 68. 132. 143. V. 601 non acquiescendum erat in coniectura:

Sibi ipsi supplicium, | *quem admissi paenitet,*

sed transposito pronomine relativo elegantiae versus consulendum. Neque tamen ut haec caesura ubique removeretur contigit. Cf. v. 15. 60. 192. 361. 491. 542 et v. 200. Contrario modo in tetrametris trochaicis, si qui coniecturae ope indigebant, operam dedimus, ut caesura esset legitimo loco, id est post pedem quartum. Cf. v. 126. 155. 381. 479. 635. (638).

3) Priusquam de sermone Publilii dicamus, refellenda est quorundam opinio, qui hunc poetam ore Enniano vel Plautino locutum esse sibi aliisque persuaserunt: circumferuntur enim in editionibus multae formae antiquiores, quibus Ciceroniana aetas abstinere adsueverat, *siet* v. 396. 430, *possiet* 379, *potis est* 656, *credier* 27, *dominarier* 213, *obliviscier* 305, *mutarier* 379; v. 230 *causat* pro *causatur* positum Publilio imputavit Ribbeckius, v. 347 *tam* ea significatione, ut idem valeat quod *tamen*, Bothius addito 'versum esse alicuius ex vetustioribus'. Sed valde dolendum absoleta illa nusquam legi in codicibus, nisi forte v. 27 in librorum discrepantia *credere* et *credi* vestigia latent infinitivi *credier*; itaque prisca sermonis vetustas editoribus ultimum potius refugium fuisse videtur, quotiens ut aliter ex difficultatibus se expedirent non contigit. Quae re vera antiquitatis imaginem referant, pauca admodum sunt; v. 434 *addecet*, 624 *sat*, 411 *perpes*, et ipsum quidem coniectura inductum, sed necessaria ob metrum; pariter *mage* et *pote* in codicibus plerumque corrupta in *magis* et *potest*, a metro firmantur.

Ut autem ab obsoletis abstinuit, ita, in sententiis quidem, a novandis quoque verbis. Ad ornandam orationem non ita frequenter usus est allitteratione, v. 246 *fortis felix*, 494 *flecto frango*, 668 *dolor damnum*, nusquam homoeoteleu-

Digitized by Google

tis, ut hac quoque de causa versus a Grutero ex codicibus Palatinis receptus

Gemitus dolores indicat, non vindicat,

a Publilio abiudicandus sit. Maxime vero delectatur geminatione, ut idem vocabulum bis deinceps ponatur. Cfr.

3 *Animus vereri qui scit, scit tuta ingredi.*
216 *Homo saepe fertur in aliud, aliud cogitat.*
412 *Non semper aurem facilem facilitas habet.*
463 *Pro medicina est dolor, dolorem qui necat.*
524 *Qui timet amicum, amicus ut timeat docet.*
541 *Qui pote celare vitium, vitium non facit.*

quae librarii pluribus locis transpositione verborum obscuraverunt. Cf. v. 4 *infirma firma*, 179 *perdit perdere*, 224 *parcas parcas*, 291 *valere valent*, 340 *multis multis*, *cupit cupit*, 584 *posse possit*, et v. 138, si vera est coniectura, *amissum amittitur*. Aliquoties tamen factum est, ut haec figura metri necessitati cederet, velut v. 50 *emori mori*, 66 *interimitur perit*, 598 *timere metuas*. In hoc tam insigni concinnitatis studio fieri vix potuit, ut Publilius v. 33 nulla tetrametri lege impeditus maluerit scribere *quantum melior, tanto nequior*.

Cum Publilii sententiae pro vitae praeceptis sint habendae, gravissimum erit inquirere, qua orationis forma in admonendo usus sit. Magistri virtutis est cum docere quid sit, tum praecipere quae facere debeamus. Docenti ut est maxime consentaneum uti modo indicativo*), ita exhortanti, prout libuerit, aut imperativo aut praesenti coniunctivi aut futuro indicativi uti licet. Sed imperativo, quia poetis imperandi ius minus permissum est, consulto abstinuit Publilius excepto uno versu 261

Ita crede amico, ne sit inimico locus,

ubi coniunctivum magis ex usu scriptoris esse librarii Frigensis lapsus (*credas*) satis ostendit, nec profecto ita scribere

*) Unus est versus, in quo poeta prima persona usus de semet ipso loquitur, 146 *Deos ridere credo, cum felix vocet*, ceterum a codicum auctoritate parum commendatus.

Digitized by Google

haec iam alii sanaverunt. Nova nanciscimur ex duobus additi pronominis relativi exemplis, de quibus vide adnotationem ad v. 423 et 483. Quid enim aliud latere tibi persuadeas v. 547

Quam est felix vita, quae sine negotiis transit,

nisi hoc:

Quam felix vita transit sine negotiis?

Pari modo in versu 132, qui tamdiu editores vexavit,

Deliberandum est quidquid statuendum est semel,

quod manifeste deest, ut habeat *semel* cui opponatur, non est *diu* ex Vincentio inductum, sed *saepe* in solo Frisingensi servatum; iam adverbio suo loco reposito facillimum erit deleto pronomine scribere:

Deliberandum est saepe, statuendum (est) semel.

Neque alio vitio laborat in codice *F* sententia 632:

Unus dies poenam affert, quam multi cogitant,

ἄμετρος et ab oratione vitiosa; nam dicendum erat *quam multi cogitaverunt.* Cf. varias lectiones ad vv. 5. 57. 234.

Egregium interpolationis exemplum praebet futurum quoque exactum, quod in sententiis generalibus in locum praesentis succedere vel posse vel debere satis notum est. Id igitur ut discipulis inculcaret ludi magister, multos locos correxit, veluti v. 242 *peccaverit* (*peccat*), 179 *perdiderit, poterit,* 213 *fueris doctus* (*sis doctus*); prov. 1 *deridet* (*deriserit*). Hinc petivimus duorum versuum certissimam emendationem:

241 *Irritare est calamitatem, cum te felicem voces* (*vocaveris*),
409 *Necessitas quod poscit, nisi des, eripit* (*dederis*):

ad illam quidem iam proxime accessit editor Ingolstadiensis, nisi quod non vidit coniunctivo opus esse in secunda persona; hoc loco ne quis periclitetur *ni dederis rapit,* monendum est respondere sibi *dare* et *eripere* v. 352 et 536, apud Sall. Iug. 1, 3, Sen. epist. 59, 18, de const. sap. 5, 4, ad Helv. 8, 4.

Denique plus uno loco in peius mutatum videmus verborum ordinem, in Turicensi in primis ac Frisingensis parte altera, item apud Vincentium Bellovacensem. Minime

Digitized by Google

id quidem mirum: nam quae poetae elegans erat verborum collocatio, ea non recta esse videbatur grammaticis disciplinae commodis inservientibus; immo quo facilius singula enuntiata discipuli perciperent, verba ita collocabant, ut facillime in patrium sermonem verti possent. Ut exemplo utar, solet Publilius pronomen relativum non initio enuntiati ponere, sed altero vel tertio loco; sed saeculo XIII. Vincentius turbatis iambis scripsit v. 2 *quod alteri feceris*, 12 *qui cum ebrio litigat*, 179 *qui fidem perdit*. Quid quod iam saeculo XI. Frisingensis versum 463 sic exhibet:

Pro medicina est dolor, qui dŏlorem necat,

repugnante metro, quod iam Gruterus recte sic correxit *dolorem qui necat*. Cf. ad v. 46. Alia tamen eiusdem generis vel novissimos editores effugerunt. Cf. ad v. 441. 442. 447. 601. Hinc efficitur codicem, ex quo Frisingensis descriptus est, expertum esse manum emendatricem grammatici alicuius et quasi medium fuisse inter Turicensem et libros interpolationibus minus infectos *PRB*, his tamen propiorem. Quid aliud sibi voluit interpolator ille v. 148

Etiam huic peccato recte praestatur fides,

quam ut addito vocabulo *huic* moneret *peccato* esse dativum non ablativum, vel posse pro re (*peccatum*) personam substitui (*peccanti*, vel *peccatori*, ut scriptum est in Bernensi), cum ex Dositheo grammaticos pronomine *hic*, *haec*, *hoc*, ad denotandum genus masculinum, femininum neutrumque usos esse sciamus. Quid est aliud prov. 36 *peccare ex negligentia vel fragilitate*, nisi interpretamentum? Cf. praeterea v. 601 *sibi ipsi* (*dat*) *supplicium*, quod num latinum sit dubito, v. 211 *cave* (*ne*), v. 628 *misero*, quae omnia prorsus mihi persuadent, in v. 207 quoque

Honesta turpitudo est mori pro causa bona,

glossema esse *mori*, quamquam in omnibus libris servatum est.

3) Nec tamen grammatici illi — nisi interpolatores dicere mavis — singulis vocibus mutandis, addendis, transponendis contenti fuerunt, sed eo progressi sunt, ut interpretandi et variandi gratia novas sententias fingerent easque ad ver-

Digitized by Google

suum speciem assimilarent. Quas facillime agnoscas, ubi versus interpretans Publilianum statim subsequitur, ut

304 *Lex videt iratum, iratus legem non videt.*
305 *Legem solĕt oblivisci iracundia.*
198 *Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet.*
200 *Gravior est inimicus, | qui lātet in pectore.*

Possis etiam inter se contendere v. 52 et 57, 188 et 190, 524 et 540, 603 et 611.

Magis lubrica via editori, ubi interpolator primum versus vocabulum mutavit, librarius postea, cum omnia ad litterarum ordinem revocaret, suo loco inseruit*). Quod factum esse credo in

v. 392 *Nimia concedendo interdum stultitia fit.* coll. v.
180 *Facilitas nimia ad partem stultitiae rapit.*
278 *Interdum habet stultitiae partem facilitas.*

vel propter pessimum ictum vocis *concédendo.* Cf. ad v. 83. 141. 165. 86 et 439. Versum 252

Iactum tacendo crimen facias acrius

ortum esse suspiceris ex v. 331

Maledictum interpretando crimen facias acrius,

et interpolatorem scripsisse *Dictum iactando* vel *Iactando factum.* Et hic vastum patere critico campum, quis est qui neget? ipse, ut mihi constarem, nolui omnia turbare, ne lectori falsam codicum imaginem repraesentarem.

*) Quae in versibus interpolatis concedi potest transpositionis licentia, ad eandem provocare non licet, ubi agitur de vocabulis corruptis. Cf. Ritschelii opusc. 2, 665. Nusquam igitur prima versuum vocabula ita emendavimus, ut littera initialis mutaretur, ne in versibus quidem 9 et 138, quos malit quis mutatis sedibus in codd. legi: facillimum enim esset et v. 9 emendare *Despicere* (libri *Aspicere*), v. 138 *Amissum* (libri *Dimissum*).

Digitized by Google

VI. De Publilii sententiis emendandis.

Ut Cato primum oratori praeceptum proposuit 'Rem tene, verba sequentur', ita primum critici officium est, sententiam spectare, et quid dici debuerit, quid potuerit, quid non potuerit, diligentissime considerare. Solet tamen haud leve accedere adminiculum, cum quod unum scriptoris consilio respondere perspexeris, id recte se habere argumentis palaeographicis vel metricis vel ex dicendi genere petitis comprobari possit. Quamquam igitur duo plerumque vel plura etiam indicia emendandi viam monstrant, et alterum per se non satis certum alterius auxilio indiget, placuit tamen seorsim singula quaeque perlustrare.

1) Libros, unde codices a nobis collati descripti sunt, iam ipsos litteris longobardicis exaratos fuisse, frequentissima litterarum *r* et *s* confusio luculenter demonstrat. Ridicula paene librarii Rheinaugiensis in re prava constantia: qui cum v. 17 *sumor*, 18 *extorquesi*, 86 *in se adversa*, 88. 91. 96. 123. 131. 180 similia scripsisset, mox intellecto errore ex Charybdi in Scyllam incidens contraria vocabulorum monstra protulit, v. 138 *oberre*, 188 *ruba spectu*, 251 *hortem*, 254 *criminora*, 256 *calamitoro* etc. Quare in versu 527 in solo Fris. servato

Qui pote consilium fugere, sapere idem potest

aucta oppositionis vi reponendum existimavimus *rapere*. Cfr. Caec. Balb. p. 38, *occasionem non accipi, sed rapi debere*, Jul. Capitol. Max. et Balb. 2 *consilia rapienda non quaerenda*, Hor. Epod. 13, 4. Sen. epist. 70, 24.

Quod ad scripturae compendia attinet, plurimas turbas movit apex ille, quo syllaba *ur* significatur, ex. gr. v. 423. Haud raro igitur passivae verborum formae cesserunt activis, aut activae rursus depravatae sunt in passivas, veluti v. 478. 448. Aliquoties *ur* abiit in *uir* vel *ui*. V. 521 vitiosa codicis *F* scriptura *contingitur* inde orta esse videtur, quod in archetypo scriptum fuit

Quod vix contingit, vi voluptatem parit,

Digitized by Google

vocabulis *vix* et *vi* male transpositis. V. 380 acquieverunt editores in vilissima editoris Ingolstadiensis coniectura:

Non cito ruina perit is, qui rimam timet,

cum bonorum codicum scriptura *perit uir*, Parisini alterius *peritur*, Turicensis *opprimitur*, verbum passivum latere luce clarius ostendat. In eo eligendo quamquam ambigi potest et ad codicum vestigia proxime accedere videtur *premitur* vel *teritur*, praeferendum tamen *opteritur*.

Et quoniam in his compendiorum minutiis versamur, pauca de pronomine relativo et interrogativo addemus. Scilicet in codice *R* ꝙ modo *quo* significat, modo *quod;* in *F* vero ꝙd constanter positum est pro *quod*, ꝙd pro *quid:* id cum ignoraret editor Ingolstadiensis, falsae aliquod lectiones ab illo receptae usque ad hunc diem propagatae sunt. Nam v. 348

Mage valet, qui nescit calamitas quid valet

neque Tzschukkii coniectura *valeat* propter metrum admitti potest, et bene se habent verba in *F* scripta, *quod valet calamitas*, modo transponas *quod calamitas valet*. Item v. 465

Prospicere in pace oportet, quid bellum iuvet

quod legitur in *F*, recte, opinor, ita ut ne emendatione quidem opus sit a nobis olim excogitata, 'quod bellum iubet'. Misere denique detorsit idem ille editor versum 375

Minus saepe peeces, si scias quod nescias,

inferendo *quid*. Cf. praeterea adnot. ad v. 63.

Hemigraphiae insigniora quaedam exempla proposuisse haud pigebit. In versu 381

Nullus est tantus quaestus, quam quod habeas parcere,

sententia quidem constare videtur, versus non item. Neque tamen negari potest negotiatorem et maiorem facere quaestum, et minore labore et breviore tempore, eum qui parcat hoc tantum praestare, quod nullum subeat periculum, cum neque a tranquillitate maris neque ab agrorum fertilitate pendeat. Cum igitur non agatur de magnitudine quaestus, *tantus* haud dubie corruptum est; Publilius autem scripsit numeris trochaicis:

Digitized by Google

Nullus est tam tutus) quaestus, quam quod habeas parcere.*

Similis est emendatio v. 329, ubi ex codicibus reposuimus *misereri* pro eo quod in editionibus circumferebatur, *miseri.*

Passim pronominibus *quisquis* et *quidquid* librarii substituerunt *quis* et *quid*, vel ubi sententia poscere videbatur, *qui* et *quod.* Exemplo sint versus 9 et 379, ubi quod in *F* traditum est, *quod,* nec senarium explet et facillima emendatio, ut scribatur *quidquid,* vetustioribus codicibus confirmatur. Quare in iis quoque sententiis, quae in solo *F* servatae sunt, idem vitii genus subrepsisse maxime veri simile est. Equidem certe in sententiis generalibus, quales sunt Publilianae, ubi pronomini relativo deesse unam syllabam patet, malim corrigere *quisquis,* quam quod alii adamaverunt, *is qui.* Ergo in v. 618

Socius fit culpae, qui nocentem levat,

coll. v. 471 facilius erit, *quisquis* emendare quam *sublevat.* Accusativum tamen, *quemquem,* raro admodum usurpatum non ausi sumus restituere v. 366. Cf. praeterea v. 82. 155. 174. 200. 380.

Unam denique emendandi viam editores sibi ipsi praecluserunt. Cum enim multarum corruptelarum origo ex iis repetenda sit, quae in codicibus aut proxime antecedunt aut subsequuntur, quia facile oculi a priore versu ad posteriorem aberrant vel contrario modo a librariis peccatur, maluerunt illi sententiarum ordinem, quo in codicibus se excipiunt, suo arbitrio invertere. Ita v. 529

Qui obesse cum potest, non vult, prodest

senarium claudum nemo adhuc nisi fortissimis remediis adhibitis resuscitavit, iamque de sanando diffidebant, cum Halmius in codice *F* proximam sententiam in praenomen *tibi* desinere animadvertit eoque vocabulo addito versum in integrum restituit. V. 491 de corruptis verbis *potest ultus* nihil certi constat nisi hoc, natum esse vitium ex v. 492 *prudenti stultus etc.* et quattuor tantum litteris (*pote*) pro fundamento emendationis relictis cetera coniecturae patere. V. 440.

*) Fortasse praestat *tam certus,* coll. Plin. n. h. 18, § 29 'Cato interrogatus quis esset certissimus quaestus, respondit: si bene pascas'.

Digitized by Google

O dulce tormentum, aequo ubi reprimitur gaudium

editores inversione minime Publiliana (*Tormentum o dulce*) metro consuluerunt, ignari vocem *aequo* ex versu sequenti male huc retractam esse, qua deleta senarium in integrum restituisse mihi videor.

2) Ad prosodiam ut transeamus, pauca primum monenda sunt de vocalium quantitate. Et in perfecti quidem persona tertia plur. (— *erunt*) *e* corripi posse vix dubium faciunt v. 90 (*odĕrunt*) et exempla aliquot Vergiliana (cf. Forbigeri adnot. ad Verg. Eclog. 4, 61), ita ut v. 555 *defendĕrunt*, v: 609 *abstulĕrunt* a prosodia impugnari non possint. *Alterius* (cf. Ritschelii opusc. 2, 662 sqq.) quattuor locis occurrit; v. 297. 372. 543 correpta *i*, ut v. 50 quoque eandem esse vocalis quantitatem iure statuas. *Tibi, sibi, ibi, ubi*, ultimam, quam grammatici ancipitem esse docent, ubique brevem habent, quo concidunt nonnullae coniecturae a viris doctis prolatae. Pariter *cito* nisi brevi ultima non legitur, unde falsam esse efficitur Erasmi coniecturam ad v. 380 propositam. Cf. praeterea ad v. 91. 469. 656.

De syllabis positione longis monuisse sufficiat vocalem brevem sequentibus litteris *gn* produci*), corripi autem ante *cr* et *tr*. Hinc apparet falso dedisse Bothium v. 358 *lăcrimis*, recte Gruterum v. 353 *merĕtrix* et quae sunt similia. Haec et id genus alia, veluti synizesis et syncopae exempla, cui singillatim persequi libuerit, percommode indice verborum uti poterit, quem editioni nostrae subiunximus. Facili negotio inveniet Publilium ubique usum esse forma *periclum*, Gellii et optimorum codicum auctoritate confirmata, ideoque utique recipiendam fuisse Ribbeckii coniecturam v. 625; videbit, etsi in plerisque codicibus scriptum est *nihil*, restitui tamen debuisse *nil* vel iubente senariorum lege vel propter metri elegantiam, v. 6. et 239, ne in versibus iambicis tres quattuorve dactyli concurrerent. Simili de causa v. 72 forma *nisi*, quae librariis magis nota in codicibus praevaluit, exterminanda fuit restituta *ni*, eademque medela commendanda in v. 427.

*) V. 442 metrum respuebat facilem coniecturam: *Occidi pulchrum est, ubi ignominia servias.*

Digitized by Google

Sequente consonante *us* (*u'*) corripi posse, quae est antiquiorum poetarum licentia, parum credibile est, cum perpauci versus, in quibus id factum esse videtur, lenissimis remediis sanari possint. Cf. v. 387. 632. Itaque videtur Publilius, ob sermonem purissimum tanto opere celebratus, in arte quoque pangendorum versuum propior esse Vergilio, quam Plauto et Lucretio quoque, ut versum 638 (*gravi'*) non profectum esse a Publilio prò certo affirmari possit.

Quintum senariorum pedem raro admodum constare iambo puro res est notissima. Excusationem quidem habent vocabula quinque vel sex syllabarum, ex. gr. v. 34 *sollicitudinis*, v. 77 *misericordia;* sed recte pessimi versus esse iudicantur, cum quintum et sextum pedem duo vocabula bisyllaba occupant. Quare ferri nullo modo potuit v. 10:

Amici vitia si feras, facis tua,

sed adstipulante codice Basiliensi scribendum fuit *facias.* Suspicionem movebat vel a metro v. 536 . . . *datur probis;* reicienda fuit v. 322 coniectura:

Minus est quam servus dominus, qui suos timet.

V. 307 (. . . *ignis potest*) quintum pedem spondeus explet, ut modo vidimus, non iambus. Adeoque Publilius in quinta sede vocabula iambica evitavit, ut v. 584, quem plurimi pro senario habent, maluerit scribere *possit,* quam quod lex grammatica postulabat, *potest.* Multa in utramque partem disputari posse de coniectura nostra ad v. 651 prolata

Viri boni est nescire iniuriam pati,

ipsi amicorum admonitionibus experti sumus. Sed scrupulum iectum de iambo in pede quinto admisso eximit v. 592

Saepe ignoscendo des iniuriae locum,

praesertim cum non sit vocabulum bisyllabum, quod sedem quintam obtinet; nec firmis argumentis evinci potest, eum qui nesciat iniuriam pati, necessario dici *virum fortem.* Cf. Sen. de provid. 1, 5. 6. 2, 1. 4. 6. 9. 3, 1 etc. Sententiam quod attinet, promptior sane est explicatio hominem christianum correxisse *iniuriam facere,* quam librarium nescio

Digitized by Google

quo errore inductum scripsisse *pati* pro eo, quod in archetypo invenerat, *facere*.

Caesuram post tertium iambum, qua senarii dimidiati dissolvuntur, vulgo damnari vel certe vituperari constat: quae ratio saepe emendandi consilium aliis ex causis petitum confirmavit. Cf. v. 68. 132. 143. V. 601 non acquiescendum erat in coniectura:

Sibi ipsi supplicium, | quem admissi paenitet,

sed transposito pronomine relativo elegantiae versus consulendum. Neque tamen ut haec caesura ubique removeretur contigit. Cf. v. 15. 60. 192. 361. 491. 542 et v. 200. Contrario modo in tetrametris trochaicis, si qui coniecturae ope indigebant, operam dedimus, ut caesura esset legitimo loco, id est post pedem quartum. Cf. v. 126. 155. 381. 479. 635. (638).

3) Priusquam de sermone Publilii dicamus, refellenda est quorundam opinio, qui hunc poetam ore Enniano vel Plautino locutum esse sibi aliisque persuaserunt: circumferuntur enim in editionibus multae formae antiquiores, quibus Ciceroniana aetas abstinere adsueverat, *siet* v. 396. 430, *possiet* 379, *potis est* 656, *credier* 27, *dominarier* 213, *obliviscier* 305, *mutarier* 379; v. 230 *causat* pro *causatur* positum Publilio imputavit Ribbeckius, v. 347 *tam* ea significatione, ut idem valeat quod *tamen*, Bothius addito 'versum esse alicuius ex vetustioribus'. Sed valde dolendum absoleta illa nusquam legi in codicibus, nisi forte v. 27 in librorum discrepantia *credere* et *credi* vestigia latent infinitivi *credier*; itaque prisca sermonis vetustas editoribus ultimum potius refugium fuisse videtur, quotiens ut aliter ex difficultatibus se expedirent non contigit. Quae re vera antiquitatis imaginem referant, pauca admodum sunt; v. 434 *addecet*, 624 *sat*, 411 *perpes*, et ipsum quidem coniectura inductum, sed necessaria ob metrum; pariter *mage* et *pote* in codicibus plerumque corrupta in *magis* et *potest*, a metro firmantur.

Ut autem ab obsoletis abstinuit, ita, in sententiis quidem, a novandis quoque verbis. Ad ornandam orationem non ita frequenter usus est allitteratione, v. 246 *fortis felix*, 494 *flecto frango*, 668 *dolor damnum*, nusquam homoeoteleu-

Digitized by Google

tis, ut hac quoque de causa versus a Grutero ex codicibus Palatinis receptus

Gemitus dolores indicat, non vindicat,

a Publilio abiudicandus sit. Maxime vero delectatur geminatione, ut idem vocabulum bis deinceps ponatur. Cfr.

3 *Animus vereri qui scit, scit tuta ingredi.*
216 *Homo saepe fertur in aliud, aliud cogitat.*
412 *Non semper aurem facilem facilitas habet.*
463 *Pro medicina est dolor, dolorem qui necat.*
524 *Qui timet amicum, amicus ut timeat docet.*
541 *Qui pote celare vitium, vitium non facit.*

quae librarii pluribus locis transpositione verborum obscuraverunt. Cf. v. 4 *infirma firma*, 179 *perdit perdere*, 224 *parcas parcas*, 291 *valere valent*, 340 *multis multis*, *cupit cupit*, 584 *posse possit*, et v. 138, si vera est coniectura, *amissum amittitur*. Aliquoties tamen factum est, ut haec figura metri necessitati cederet, velut v. 50 *emori mori*, 66 *interimitur perit*, 598 *timere metuas*. In hoc tam insigni concinnitatis studio fieri vix potuit, ut Publilius v. 33 nulla tetrametri lege impeditus maluerit scribere *quantum melior, tanto nequior*.

Cum Publilii sententiae pro vitae praeceptis sint habendae, gravissimum erit inquirere, qua orationis forma in admonendo usus sit. Magistri virtutis est cum docere quid sit, tum praecipere quae facere debeamus. Docenti ut est maxime consentaneum uti modo indicativo*), ita exhortanti, prout libuerit, aut imperativo aut praesenti coniunctivi aut futuro indicativi uti licet. Sed imperativo, quia poetis imperandi ius minus permissum est, consulto abstinuit Publilius excepto uno versu 261

Ita crede amico, ne sit inimico locus,

ubi coniunctivum magis ex usu scriptoris esse librarii Frigensis lapsus (*credas*) satis ostendit, nec profecto ita scribere

*) Unus est versus, in quo poeta prima persona usus de semet ipso loquitur, 146 *Deos ridere credo, cum felix vocet*, ceterum a codicum auctoritate parum commendatus.

Digitized by Google

Publilius dubitavisset (cf. v. 245 *ita amicum habeas etc.*), nisi metrum coniunctivo refragaretur. Quae reliqua sunt imperativi exempla, v. 111 *cave quicquam incipias*, 120 *cave amicum credas*, 424 *noli contemnere*, notissimi sunt in vetando loquendi circuitus; alia tollenda fuerunt, cum ne codicum quidem testimoniis firmentur, sicuti v. 2 *expecta*, 75 *esto*, 127 *loquere*, 665 *inpone* alienam originem prodit, nec stare poterat v. 167, quod codex *R* suadere videtur

Fortuna cum blanditur, capta dum venit.

vel *capta: tum venit.*

Iam si quis in admonendo futuro utitur (cf. de moribus 29 *abstinebis ab alieno matrimonio*, 30 *praestabis parentibus pietatem*, 31 *devitabis crudelitatem*), tantam prae se fert fiduciam, ut quin praeceptis suis obtemperaturi simus, ne dubitare quidem videatur. Quod cum non minus alienum sit a condicione poetae, futurum non admisit Publilius nisi raro admodum in docendo, v. 41. 514, numquam in secunda persona. Hinc parum accedit probabilitatis coniecturis v. 73 *fiet*, 656 *effugies*, 658 *ignosces*, librorum scripturae 147 *coget*, 129 *decrescet*, 219 *serviet*, 662 *repperies*, nulla prorsus his lectionibus: v. 10 *facies*, 19 *redimes*, 95 *vinces*, 127 *loqueris*, 331 *facies*, 395 *invenies*, praesertim cum coniunctivus per metrum aeque locum habeat.

Itaque praesens coniunctivi imperativi loco positum in praeceptis moralibus fere regnat, v. 2 *expectes*, 8 *ames*, *feras*, 19 *redimas*, 108 *cogas*, 113 *irascaris*, 127 *loquaris*, *cogites*, 137 *timeas*, 176 *feras*, *culpes*, 188. 190 *feras*, 224. 245. 249. 308. 345. 359. 370. 379. 423. 472. 474. 501. 509. 553. 598. 648.

Quibus si adiunxerimus praesentia coniunctivi, quae potentialis locum obtinent, v. 81 *perdas* (ita *FV*; vulgo *perdis* ex coniectura), 95 *vincas*, 185 *repetas* (male *F recipis*), 242 *pecces* (var. l. *peccas*), 252. 331 *facias*, 382 *nescias*, 408 *serves*, 579 *pareas*, 645 *invites* (var. l. *invitas*), in his quoque enuntiatis Publilium consulto effugisse indicativum secundae personae facile concedetur. Semel tantum v. 530, praecedente *concedas*, Frisingensis male exhibet *das partem* pro eo, quod ex coniectura reposuimus, *des;* et v. 592, cum

Digitized by Google

saepe in *sapiens* abiisset, librario necessario *dat* scribendum fuit. Nos emendavimus:

Saepe ignoscendo des iniuriae locum (vulg. *das*);

nam coniunctivum requirebant hi versus collati: 252 *tacendo facias*, 331 *interpretando facias*, 645 *ferendo invites*. Recte quidem se habet indicativus, cum et omnes libri illam formam tuentur et particula *cum* idem fere valet quod nostrum *damit dass**), v. 52 et 122

Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas,
Cum das avaro praemium, ut noceat rogas,

quamquam in enuntiatis similiter formatis saepius coniunctivus locum sibi vindicat v. 117. 232. 233. 361. 468. Cum vero notio temporalis transit in condicionalem, ut in gerundii exemplis modo prolatis, vel cum enuntiatum secundarium inducitur particulis *ubi*, *si*, *nisi*, et in protasi et in apodosi coniunctivum posuit Publilius v. 21. 88. 285. 394. 427. 635, quem v. quoque 78 ex melioribus codicibus, v. 10 ex coniectura codice Basiliensi et rationibus metricis commendata restituere haud dubitavimus. Uno tantum loco, v. 566, metro coactus *si potes* scripsit Publilius. Simili denique medela refingendus erat v. 395 (*invenias: F invenies*) ad normam versuum 168. 280. 371. 579.

Modestus ille et urbanus sermo, quem in secunda persona ad coniunctivum inclinare modo vidimus, in relativis quoque enuntiatis indicativum vix admittit. Cfr. v. 172. 209. 314. 370. 384. (487) (507) 519. 557. 567. 572. 648. Quin etiam cum pronominibus *quisquis* et *quicumque* coniunctivus secundae personae coniungitur, v. 9 *quidquid possis*, 512 *quodcumque celes*, 581 *quidquid auferas;* v. 551 praestat emendare *quidquid possideas* (*F possidetis*) quam *possides*. Ceterum indicativum v. 509 *quidquid conaris* intactum reliquimus.

Sed iam satis superque praefati sumus. Aliae emendationes aut non indigent defensione, aut de emendandi ratione breviter dictum est in adnotatione critica.

---

*) Cf. *gratum facio cum* seq. indicativo.

Digitized by Google

Digitized by Google

PUBLILII SYRI SENTENTIAE.

Digitized by Google

Index notarum.

Pa = codex Parisinus 2676 saec. IX.
Pb = codex Parisinus 7641, saec. X.
P = codex Parisinus uterque.
R = codex Rheinaugiensis saec. IX.
B = codex Basiliensis saec. X., deficiens in v. 296.
F = codex Frisingensis, saec. XI.
V = codex Vindobonensis, saec. XI, deficiens in v. 121.
L = Libri omnes.

Selectas tantum sententias continent:

T = codex Turicensis saec. IX.
E = codex Parisinus 6085, saec. XI.
C = codex Parisinus 8049, saec. XIII.
π = codex Parisinus 8027, saec. XIV.
M = Pseudosenecae liber, qui vulgo dicitur de moribus.

Uncinis [ ] inclusa sunt, quae in codicibus desunt.
Versus lunulis ( ) inclusi spurii videntur.
* emendationem editoris denotat.
Versuum ictus adscripti sunt tetrametris trochaicis.

Plura videas in Prolegomenon capite altero.

Digitized by Google

Publilii Syri sententiae.

Alienum est omne, quicquid optando evenit.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Animus vereri qui scit, scit tuta ingredi.
Auxilia humilia firma consensus facit.
Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.
Aut amat aut odit mulier, nil est tertium.

CODICES v. 1—34: *PRBFV* (*EC*)

1 Seneca epistul. 8, 8: 'quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet! quam multa Publilii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! Unum versum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda; alienum etc.' omne] homine *Bothe; om. VC, codex Amplonianus Senecae, Vincentius Bellovacensis spec. doctr.* 5, 76 venit *C, Vincentius codd. deteriores Senecae* 2 Seneca epistul. 94, 43: 'quis autem negaverit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inpertissimos? velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis: ab alio etc.' *Lactant. instit. lib. I. cp.* 16, 10 'non illepide Seneca in libris moralis philosophiae . . . . ab alio etc.' = *Sen. fragm.* 119, *ed. Haas. Inscriptio in Gruteri thesauro p.* 928 *n.* 9: *AB·ALIO·SPERES·ALTERO·QVOD·FECERIS. Cf. Lamprid. Alex. Sever.* 51 'visne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis?' *Caec. Balb. Monac.* 1, 29, *pg.* 20, *Vinc. Bellov. spec. doctr.* 4, 67. 132
3 qui scit vereri *V* tuta *PRFV Gruter ex codicibus:* tuto *Pa corr. rec. m. B supra scr. sec. m. cod. Bernensis, alii codd. Gruteri, Erasmus;* tutus *C*, apta *B* aggredi *Erasmus et codd. quidam Gruteri* 4 humana *V* firma *erasis litteris* in *B*, *unde commendatur coniectura Tanaq. Fabri* Auxilia infirma firma; firmus *V* consensus *Pa marg. rec. m. RFVEC:* consessus *Pb*, confessus *PaB* 5 Animi arbitrio amor *Pithoeus* an. qui arb. *V* 6 *EC Vinc. Bellov. spec. doctr.* 5, 10. *sp. nat.* 31, 115 * nil: nihil *L*, *cf. pg.* 56 testium *F*, certum *V*

Digitized by Google

Ad tristem partem strenua est suspicio.
Ames parentem, si aequus est: si aliter, feras.
Aspicere oportet, quidquid possis perdere.
Amici vitia si feras, facias tua.
Alienum aes homini ingenuo acerba est servitus.
Absentem laedit, cum ebrio qui litigat.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Avarus ipse miseriae causa est suae.
Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.
Amans quod suspicatur, vigilans somniat.
Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Amor extorqueri non pote, elabi pote.
Ab amante lacrimis redimas iracundiam.
Aperte mala cum est mulier, tum demum est bona.

CODICES v. 1—34: *PRBFV* (*EC*)

7 *om. Pb.* strennua *RVErasmus* est *Senecae editio Basiliensis anni* 1515, *Fabricius: om. L* str. s. debetur *C* 8 *Dionysii Catonis brev. sent.* 40 'Parentes patientia vince' est *B sec. m. supra versum*, sin aliter *C*, *Fabricius*, *unde Froehlichius coniecit* si aequus; sin aliter feras. alter *Pa Erasmus* 9 Aspicere (*i. e. oculis custodire*) *LEC:* despicere *editores ex coniectura Pithoei. Cf. pg.* 52 *adnot.* quicquid *cod. Trin. et Sidneianus Bentleii:* quid *PaREC*, quod *Pb BFV*, quae *H. Stephanus* possit *R* quod possis deperdere *Erasmus*, quicquid nolis perdere *Gruter* 10 *Cf. v.* 474; *aliter Varro apud Gellium* 1, 17, 4 Mores amici *Bothe* si *B in rasura*, *C*, *Erasmus:* nisi *PRFVE*, vel nisi *B sec. m. supra scr.* ni *Pithoeus*, ubi *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 89 * facĩas: necesse est facias *B* (*cf. ad v.* 671), facis *PRFVEC Vinc.* facies *Bothe. Cf. pg.* 57 11 *Menandri Monost.* 514 τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ aes *P*, *Pithoeus:* es *corr. ex* est *B*, *om. RFV;* aliena hom. *C*, *Erasmus* est *sec. m. sup. scr. B*, *om. vulgo* 12 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 157 Semet ipsum laed. *cod. Reginae* 170, *Vaticanus saec. X* (*Bibl. de l'école des chartes II*, 117. *P. Syri mimi, cum not. Ern. Swedberg, denuo ed. Em. Tafel* 1841, *p.* 52) qui cum ebrio *Vinc. Erasmus* 13 *Cf. v.* 247 14 ipsa *videtur pr. m. scriptum fuisse in B* 15 scit] aut *C* 16 viglans *R*, in die vigilans *C* 17 non valet *cod. Bernensis*, non *rec. m. supra scr. B* 18 pote . . pote *V*, potest . . potest *PRBFEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 109. 6, 14 elabi *C*: sed elabi *PB rec. m. sup. scr. FVE Vinc.* sede labi *R*, sed labi *B. Cf. v.* 453. 19 *Cf. Terent. Eun.* 1, 2, 22 *sq.* redimas *Pa RBC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 88: redimes *FV*, redimis *Pb* 20 *Cf. v.* 317 aperta *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 10, a

Digitized by Google

Avarum facile capias, ubi non sis item.
Amare et sapere vix deo conceditur.
Avarus nisi cum moritur, nil recte facit.
Astus cinaedum celat, aetas indicat.
Avarus damno potius quam sapiens dolet.
Avaro quid mali optes nisi Vivat diu?
Animo dolenti nil oportet credere.
Aliena nobis, nostra plus aliis placent.
Amare iuveni fructus est, crimen seni.
Anus cum ludit, morti delicias facit.
Amoris vulnus idem, qui sanat, facit.
Ad paenitendum properat cito qui iudicat.
Aleator quánto in arte est mélior, tanto est néquior.

CODICES v. 1—34: *PRBFV* (*EC*).

parte *sp. nat.* 31, 115 quando est *Vinc. sp. d.* 5, 10 mulier *ante* bona *B* tunc *Vinc.* tenum *R* est] fit *Vinc. sp. n.* 31, 115, erit *id. sp. d.* 5, 10 21 *v.* 22 *et in PaR ante v.* 19, 20 *leguntur* cupias *FVC* ut non *Pb* item *Bothe*: idem *L* 22 *Cf. v.* 117 et *om. V* deo *Erasmus*: adeo *vel* a deo *LCVinc. Bell. sp. d.* 4, 109. 121. Cf. Cic. orat. 5, 18. 23 nil *VCVinc. Bell. sp. d.* 4, 144, *Erasmus*: nihil *PRBFEC* rectum *B supra scr. rec. m.* 24 * astus: actus *C*, aestate *PbRB*, aestatem *Pa cod. Bern.* astute *FVC cod. Bamberg.* aetas *Pithoeus.* cinedum *B*, cinae dum *PbR*, cenae dum *Pa*, cynae dum *corr. pr. m.* crines dum *FVC Bamb. et iidem* celantur aetas indicatur. Astute dum celatur, se aetas indicat *Erasmus* 26 quod *F* nisi *cod. Caianus Bentleii*: uisi ut *LEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 144, ut 'vett. libri aliquot' *Gruteri* vivas *Bentleius* 27 nil *B* (*in quo v.* 25. 27. 31 *sec. m. additi sunt*) *Erasmus*: nihil *PRFVCVinc. Bell. sp. d.* 4, 112; *Cf. pg.* 56 credi *B rec. m.* credier *Casp. Orellius. Cf. pg.* 58 28 *om V. Salvianus de gubern. dei* 1, 10 'ut ait ille: Aliena etc.' *Seneca de ira* 3, 31, 1 'Nulli ad aliena respicienti sua placent'. Aliena . . nostra . . placent *Salvianus, Fabricius*: alienum . . nostrum . . placet *PRBFC Erasmus*, alienum nobis plus aliis placabis *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 119. 30 *ECVinc. Bell. sp. d.* 5, 10. 14, *sp. nat.* 31, 115; *om. V.* 31 sanat idem qui facit *Bentleius*, *ne sit ὕστερον πρότερον*, idem sanat qui facit *Ribbeck*, idem qui facit sanat *codex Gryphiswald.* 32 provocat *Pb* vindicat *C*, *cf.* 254. 33 quanto *Ioa. Saresberiensis Policr.* 8, 6, *C*, *Erasmus*: quantum *LE*, *cf. v.* 578 melior *B manu sec. supra scr. Erasmus*: doctior *Ioa. Saresb.* 'mss. fere' *Gruteri*, dotior *C*, *om. PRFVE* tanto] *ultima littera* o *in rasura B*, tante *Pb* est *PRFVEC*: *in rasura B*, *om. Ioa. Saresb.* nequitior *C*

Digitized by Google

Amor otiosae causa sollicitudinis.
Avidum esse oportet neminem, minime senem.
Animo virum pudicae, non oculo eligunt.
Amantium ira amoris integratio est.
Amantis ius iurandum poenam non habet.
Amans, sicut fax, agitando ardescit magis.
Amor, ut lacrima, ab oculo oritur, in pectus cadit.
Animo imperabit sapiens, stultus serviet.
Amicum an nomen habeas, aperit calamitas.
Amori finem tempus, non animus facit.
Bis est gratum quod opus est, ultro si offeras.
Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Beneficium qui dare nescit, iniuste petit.
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
Beneficium accipere libertatem est vendere.
Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

CODICES v. 1—34 *PRBFV* (*EC*), v. 35—43 *FV*, v. 44—78 *PRBFV* (*EC*)

34 otioso *Zwinger* causa est solliciti timoris *C*, est *supra scr. sec. m. B*, a. c. est o. solitudinis *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 109 35 Avidum] *i. e. avarum*, *cf. Cic. Cat. mai.* 18, 66, *Pseudoseneca de mor.* 18 neminem minime *Gruter:* ne minime *Palatinus*, neminem nisi *FV* 36 *Cf. Caecil. Balb. Monac.* 17, 3, *pg.* 26 'A. v. pudica, non oculis eligit; impudica speciem quaerit non rem.' *Euripides*(?): *οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστι, ἀλλὰ νοῦς.* 37 *Totidem verbis Terentius Andr.* 3, 3, 23. *Cf. v* 107 39 sicut *FV:* ita ut *Palatinus* ard. magis *Palatinus:* m. a. *FV* 40 * ab oculo *cl. v.* 36: ab oculis *FV*, oculis *Gruter* 41 *Cf. Sallust. Cat.* 1, 2 Amori *V* 42 nomen] *sic F, non* hostem, *ut traditur, item V* 44 gratum est *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46, *Bentleius ex codd. suis*, et gratum *Pb* quo dato opus est *Bentleius*, quo dato opus est *Ribbeck* ultro si *Erasmus:* si ultro *LC*, sed ultro *Vinc.* offeras *PRBC Vinc.* sit datum *FV* 45 *Cf. v.* 165 consuetudo *PRB Vinc. Bell. sp. d.* 5, 43, *Erasmus:* nimia cons. *FV Vinc. Bell. sp. d.* 4, 16, cons. nimia *Ioa. Saresber. Policr.* 4, 9 est pessima *Bentleius*, r. b. c. est optima *Fabricius ex msc.* 46 Beneficium *LEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46: beneficia *Pithoeus* qui dare *LEC Vinc.* dare qui *Erasmus, vulgo* 47 *in FV infra legitur post v.* 79, *hoc loco in PRB Bern. C* asp. fug. *B*, in al. m. f. asp. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27. 48 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53; *om. V* est lib. vend. *Vinc.* lib. v. est *E Erasmus*, vindere *PaR* 49 ora *V* alii *C* sit *om. FV*

Digitized by Google

50 Bis emori est alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit, qui scit reddere.
Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.
Bonus animus laesus gravius multo irascitur.
Bona mors est homini, vitae quae extinguit mala.
55 Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.
Bonus animus numquam erranti obsequium adcommodat.
Beneficium qui dedisse se dicit, petit.
Bénivoli coniúnctio animi máxima est cognátio.
60 Beneficium saepe dare docere est reddere.
Bonitatis verba imitari maior malitia est.
Bona opinio hominum tutior pecunia est.

CODICES v. 44—78 *PRBFV* (*EC*)

50 emori est *Bambergensis*, *Fabricius*: enim mori est *PRFE Erasmus*, *item B nisi quod una littera ante* mori *erasa est*, mori est *VC*, est mori *Bothe*, *Ritschelius sched. crit.* 16 = *opusc. phil.* 2, 664 arb. emori *Gruter*. *Cf. pg.* 59 51 recipit *RBFVECPa corr. sec. m.* recepit *P*, plurima accepit *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53 52 peccanti *BE Bernensis*, *Erasmus*: peccati *P*, peccatis *R*, peccato *FVC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 106. 168. 5, 8. *Cf. v.* 57. 118. commodas *Godofredus* 53 *et tres seq. v. desunt in B* gravius multo *PREC Erasmus*: multo gr. *FV*, inultus gr. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133. *Cf. Caecil. Balb. Monac.* 15, 15, *pg.* 25 'B. amicus laesus g. i.' 54 homini *PRFV*: omnis *Bentleius*; b. m. est quae animi e. m. *C*, *similiter codd. Gruteri et Bentleii*: b. h. m. est *Gruter* 55 *Gellius* 17, 14. *Macrob. Sat.* 2, 7. 10. Beneficia *Pithoeus* accepit *Gellius Macr. V Erasmus*: accipit *PRFE*. accepit dando *Ioa. Saresber. Policr.* 8. 14 dederit *V* 56 *Cf.* 276 57 *Cf. v.* 52 amicus *cod. Panthaleonis*. b. amicus est qui n. *C* errandi *V* commodat *Godofredus* 58 Beneficia *Pithoeus* qui dedisse se *L. Pithoeus*: se d qui *Erasmus*. qui se d. *Vinc. Bell. sp. d.* 4. 52. *Cf. Sen. de benef.* 2. 11. 2 59 coniunctio *V* est m. cogitatio *C*. animi b. c. magna est c. *Vinc. Bell. sp. d.* 5. 53. Coni. a. m. est c. *vel* Benevolus animus m. est c. *Erasmus*: *ut nos primus Godofredus ex cod. Bibl. Amandi* 60 est doc. *V*. *Vinc. Bell. sp. d.* 4. 46. 61 *Cf. v.* 368. 400 Bona *Vinc. Bell. sp. d.* 4. 120 imitare *Pr*. inmitari *PbR*. inmutari *C*. non imitari *cod. Panthal.* mercari *Vinc. sp. d.* 4. 120 maior *om. C* mal. maior est *FV* maior est m. *Vinc. l. c.* malitia est maiorum *idem sp. d.* 5. 52 62 *Cf. v.* 83. 217. 498 hominum *LC Vinc. Bell. sp. d.* 5. 57 homini *Erasmus* est *om. V*

Bonum quod est subprimitur, numquam extinguitur.
Bis vincit qui se vincit in victoria.
Benignus etiam causam dandi cogitat.
Bis interimitur, qui suis armis perit.
Bene dormit, qui non sentit quam male dormiat.
Bonorum crimen officiosus est miser.
Bona fama in tenebris proprium splendorem optinet.
Bene cogitata si excidunt, non occidunt.
Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.
Bona quae veniunt, ni sustineantur, opprimunt.
Bona [semper] imperante animo pecunia est.
Bonum ad virum cito moritur iracundia.
Brevissima ipsa est memoria iracundiae.
Bona turpitudo est, quae periclum vindicat.

CODICES v. 44—78: *PRBFV* (*EC*)

63 quod est *RBFV Bern. Palatini*: quidem *P*, quod *Panthaleon*, est *C*, tametsi *Erasmus* subprimitur *PRB*: supprimitur *FV Pant.* si obprimitur *B sec. m. Bern.* si premitur *C*, *Palatini* numquam *B*: nequam *PR Scaliger* τἀγαθὸν ἐκρύφθη, τὸ δὲ κακὸν καὶ σβέννυται, nequaquam *B sec. m. corr. FV Bern. C Pant.* non *Erasmus* 64 vincit in v. *PRBEC*: in vict. v. *FV Vinc. Bell. sp. d.* 4, 77 65 et *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46. causam dandi *PR Bothe*: dandi causam *BFVEC Vinc. Erasmus* excogitat *Fabricius* 66 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 77 Bis punitur (*leg.* perimitur), qui s. a. perimitur *Vinc.* 67 *EC* quod male *V* 69 optinet *PRB*: obtinet *FV*, retinet *C* 68 off. est *Fabricius*: est off. *L vulgo* 70 Bona *V cod. Panthaleonis* si excidunt *C Erasmus*: si excedunt *PB*, sic excedunt *FV*, sex cedunt *R* 71 iudici cum *Pa corr. PbRBC Erasmus*: iudicium *Pa*, iudicium qui *FV*, iudici quos *Bentleius ex cod. Leidensi* 72 *hoc loco FV Bern. Bamberg. supra post v.* 68 *PRB. Cf. v.* 190 eveniunt *C*, vehunt *Bothe* susteneantur *Pa supra scr. PbR*, substineantur *C* * ni : nisi *LC. cf. pg.* 56 opprimunt *Gruter*: cadunt opprimant *R*, cadunt ut opprimant *PBFV*, c. et opprimunt *C* 73 Bona *BFV Bern. cod. Panthaleonis*: bono *PR* * [semper] imperante animo *cl. v.* 378: in parente anima *PRB Bern. Panth.* imperancia *V*, imperanti *F* pecunia est *FV Panthaleon*: est pecuniae *Pb*, est pecunia *PaRB*, fiet pecunia *vulgo* 74 apud *Erasmus*, ad a . . m cito *Pa* 75 brevissima, *quod ipse dubitanter proposueram coll. v.* 79, *iam coni. Gruter in notis postumis*: brevis mens *B*, breve meus *Pa corr. pr. m. PbR*, breviens *Pa*, breve amans *FV*, brevis amans *codd. Gruteri* est ipsa *FV*, esto *coni. Gruter* memoratio *vel* memorata *codd. Gruteri* 76 *Cf. v.* 207 turpida,

Digitized by Google

Bona comparat praesidia misericordia.
Beneficium dignis ubi des, omnes obliges.
Brevis ipsa vita, sed malis fit longior.
Beneficia donari aut mali aut stulti putant.
Bene perdas gaudium, ubi dolor pariter perit.
Bene vixit is, qui potuit, cum voluit mori.
(Bene audire alterum patrimonium est.)
(Boni est viri, etiam in morte nullum fallere.)
Consueta vitia ferimus, non reprendimus.
Crudelis in re adversa est obiurgatio.
Cavendi nulla est dimittenda occasio.
Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperes.
Crudelem medicum intemperans aeger facit.
Cúius mortem amíci expectant, vítam cives óderunt.
Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.

CODICES v. 44—78 *PRBFV* (*EC*), 79—84 *FV*, 85—105 (*TEC*)

supra scr. tu *sec. m. B*, est turpitudo *V* periclum *BV Bern.* periculum *ceteri* vindicat *PRBV:* indicat *FC Erasmus* 77 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 67. *Cf. v.* 329 78 des *RFV Pithoeus:* das *sup. scr. sec. m. C*, *Erasmus*, de *P* obliges *RBFV Pithoeus:* obleges *P*, obligas *B sec. m. B*, *Erasmus* 79 *Cf. v.* 438 v. est, sed *Gruter; cf. Horat. carm.* 1, 24, 19 81 *Cf. v.* 440 perdas *FV:* perdis *Gruter* 82 Bis vixit is *V*, bene vixit *F*, is *suppleverat iam Gruter. Cf. v.* 616 83 *Cf. v.* 62. 217. 498. B. vulgo a. est a. p. *Gruter*, *καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε Menand. Monost.* 285 84 *om. V Martinus Dumiensis de formula honestae vitae* (*Senecae opp. ed. F. Haase* 3, 470) 2, 6: B. est v. e. in m. neminem f. 85 *Hieronymus epist. ad Laetam* 107 (I 679 *ed. Vallars.*) 'Legi quondam in scholis puer: Aegre reprendas, quod sinas consuescere.' *Cf. pg.* 14 vita *RFV* ferri *FV* non] nisi *Godofr.* nova *Bentleius* reprendimus *V* : reprehendimus *ceteri* 86 est *C*, *Erasmus* (*non B*): *om. L*, c. est in re a. subiurgatio sceba vel saeva *T* 87 *EC* 88 saepe *Godofredus* neges *L Erasmus:* negas *Pu rec. m. corr. Bern. C*, *Fabricius* imperis *PR*, imperas *Bern. C Erasmus* 89 mendicum *F hoc loco*, *sed idem versus in FV infra ante v.* 107 *iterum legitur:* C. medicum i. a. f. intemperantia *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 155 aeger facit *FV altero loco*, *Erasmus:* facit aeger *RC*, facit *PBF Vinc.* facti *V priore loco* 90 expectent *Panthaleon* vitam *B rec. m. in marg.* cives *BFV C:* ciu' *Pb*, cuius *Pa*, civis cuius *R*, *om. Erasmus* oderunt *L:* oderant *Panthaleon*, odere *cod. Panth.* oderint *Bothe;* c. m. expetunt cives, v. oderant *Pithoeus iambice. Cf. pg.* 56 91 cum inimicum nemo gratiam *Pa*, cum alii inimicum nemo

Digitized by Google

Citius venit periclum, cum contemnitur.
Casta ad virum matrona parendo imperat.
Cito ignominia fit superbi gloria.
Consilio melius vinças quam iracundia.
Cuiuis dolori remedium est patientia.
Cotidie damnatur, qui semper timet.
Cum vitia prosunt, peccat qui recte facit.
Cóntumeliám nec fortis póte nec ingenuús pati.
Cónscientia ánimi nullas ínvenit linguaé preces.
Cito improborum laeta ad perniciem cadunt.
(Contemni est gravius quam stultitiae percuti.)
Cotidie est deterior posterior dies.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Crimen relinquit vitae, qui mortem appetit.

CODICES v. 85—105: *PRBFV* (*TEC*), v. 107—122: *FV* (*TC*)

g. t. r. alii inimico alii in gratiam *Pb* tuto *PaRBC:* tudo *Pb*, tute *FV* (tute in gr. *V*), cito *Erasmus;* ingratuitu revertitur *T* 92 evenit *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27 periclum *BV:* periculum *PRFEC Vinc.* 93 c. m. viro *C* 94 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 122, *om. V* super in gloria *Pb* 95 consilios *PR*, consilia *Pa corr.* vindicas *Pa*, vinces *C* iracundiae *P* 96 cuius *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 79. 112 est rem. *V*, p. r. est *Vinc.* 4, 112 97 damnator *Pb* C. morte mulcatur, qui cum timore conscientiae suae versatur *T* 98 produnt *C* 99 *om. V; sed cf. v. l. ad v.* 100 nec fortis *LTC Panthaleon:* non fortis *Stephanus*, nec facere fortis *Ingolst. ex coniectura ut videtur*, *unde Grut.* Cont. nec ing. fert nec fortis facit, *melius Bothe* Cont. nec fortis f. nec i. facit. *Cf. v.* 651 pote *proposuit Gruter:* potest *LTC* ingenus *R*, ignavus *Froehlich*, nec egenus ferre *T. Cf. v.* 240 . 100 contumelia *V*, *corruptum ex v.* 99 animi *PB Panthaleon:* amici *RB s. scr. m. sec. FVC* nullas *P*, *Bentleius:* nullus *B*, *nullius RFVC Panthaleon* 101 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 159 in pern. *Fabricius* 102 *Salomonis proverb.* 10, 8 'Urit increpatio prudentem magis quam si percutias stolidum centies.' est levius *Erasmus; cf. v.* 143 stultitiae (*i. e. stulto*) *PR:* stultitia *B sup. scr. sec. m. FV*, stulte *B*, *om. C* 103 *C*, *om. V* p. fides, *supra scr. sec. m.* dies, dies posterior *F. Cf. Erasmi Adag. p.* 732 Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω. *Seneca Phaedr.* 784 (*Hippolyt.* 776) 'Horaque semper praeterita deterior subit.' 104 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14, *TEC*, *om. R* facit dux *C;* pro v. est in via *T* 105 *Seneca Exc. Controv.* 8, 4, *pg.* 427, 13 *Bu.* 'Nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem'.

Digitized by Google

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.
Contra inpudentem stulta est nimia ingenuitas.
Cogas amantem irasci, amari si velis.
Crudelis est non fortis, qui infantem necat.
Cónsiliis indóctiorum múlti se docti éxplicant.
Cave quicquam incipias, quod paeniteat postea.
Cui omnes benedicunt, possidet populi bona.
Cui nolis saepe irasci, irascaris semel.
Crudelis lacrimis pascitur, non frangitur.
Caeci sunt oculi, cum animus alias res agit.
Caret periclo, qui etiam cum est tutus cavet.
Cum ames non sapias, aut cum sapias non ames.
Cicatrix conscientiae pro vulnere est.
Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.
Cave amicum credas, nisi si quem probaveris.
Contra felicem vix deus vires habet.
Cum das avaro praemium, ut noceat rogas.
Discipulus est prioris posterior dies.

CODICES v. 107—122: *FV* (*TC*), v. 123—138: *PRBF* (*TEC*)

106 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14: *πεεst in LTEC, Respexit fortasse Sen. Troad.* 345, *Phaedr.* 220 107 impudentem *Gruter*: inprudentem *FV* 108 *Cf. v.* 37 amatam *Bothe* amari *Ribbeck*: amare *FV* 109 supplicem hominem opprimere virtus non est, sed crudelitas *T* * indoctiorum: inniorum *FV*; *editt. ex coniectura Gruteri* Consilium inveniunt multi, sed d. e. *coll. v.* 229 111 cave *F*: cave ne *V*; *cf. v.* 121 quicquam *Gruter*: quicquid *FV* paeniteat postea *Bothe*: post poeniteat *FV*. *Cf. v.* 196. *Periander apud Diog. Laert.* 1, 97 *πρᾶττε ἀμεταμέλητα*, *Pseudosen. de mor.* 7 'Specta (vulg. expecta) quod num. quam te poeniteat' 112 *TC*, *Caecilius Balb. Paris.* 80, *pg.* 42, *Pithoeus* benedicent populorum possidet *T*; possi dicunt benedet *V* 115 cum alius (*corr.* animus) res alias facit *V*, aliis quando rebus attenti sunt animi *T* 116 periclo *Bentleius*: periculo *FVC Pithoeus*, periculis *T* cum est *om. C*, *Pithoeus*, qui tutus in prosperis cautus est in futuro *T*. *Cf. v.* 359 117 *Cf. v.* 22 cum amas *V* 118 *Cf. Plut. de tranq.* 19 *ἡ σύνεσις οἷον ἕλκος* 119 cuivis . . . cuiquam *Seneca de tranq.* 11, 8, *consol. ad Marc.* 9, 4 *et C ex ipso Seneca*: cunctis . . . cuivis *FV*, *quod fortasse retinendum* accedere *V* 120 nisi si *Bothe*: nisi *FV* 121 habet *in V erasum* 122 *om. V* noceas *Ingolst.* 123 *Ioa. Saresber. Metalog.* 3, 6 (*iuxta Ethicum*), *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 21 (*in proverb. Sap.*). *Cf. vul-*

Digitized by Google

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.
Diu adparandum est bellum, ut vincas celerius.
Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.
De inimico ne loquaris male, sed cogites.
Deliberare utilia mora tutissima est.
Dolor decrescit, ubi quo crescat non habet.
Didicere flere feminae in mendacium.
Discordia fit carior concordia.
Deliberandum est saepe, statuendum est semel.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dum est vita grata, mortis condicio optima est.
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Dies quod donat timeas: cito raptum venit.

CODICES v. 123—138: *PRBF* (*TEC*)

gatum illud: 'Dies diem docet' 124 *Cf. v.* 86. 439 dampna ne o. *F* est *C Erasmus*: *om. L* 125 adparendum *PbC* est bellum *PRF*: bellum est *Vinc. B. sp. d.* 4, 77, bellum *B*, diu praeparandum est de bello, ut ocius vincas dum congrederis proelium *T* 126 cuncta *B*: *om. PaRF*, alii cum ingratum hominis dixeris alii cuncta alii hominem *Pb* cum gratis *B* hominis *PR* 127 ne *Erasmus*: non *LEC*; *cf. Quint.* 1, 5, 50 loquaris *BFE*: loqueris *R*, loquares *P*, dixeris *C*; de i. penitus (peius?) ne loquaris *T*, de i. ne dixeris malum *Vinc. B. sp. d.* 4, 169, *omissis reliquis* sed] si *F* 128 t. est *Gruter*: est t. *LC* 129 decrescet *R* quo *FC Vinc. B. sp. d.* 4, 112: quod *PRB* 130 didicere *Pithoeus*: dedicere *PR*, dediscere *BF* fere *B*, flerem *Pa* feminae *B Bern.* femina *PRF*, feminam *Erasmus* in *Pithoeus*: est *L* 131 *Caec. Balb. Monac.* 48, 11 *pg.* 34 'd. interdum fit c. c.' *Cf. v.* 164, *unde liquet* discordia *esse ablativum instrumenti, non comparationis* 132 * *Cf. pg.* 50. Deliberandum est saepe quicquid statuendum est semel *F*, *eodem modo sed omisso* saepe *PRB*, *nisi quod P* diliberandum, del. est diu quicquid st. est s. *C*, diu considerandum est quicquid st. est *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 26, del. est diu quod st. est s. *mala caesura Ingol. Ribbeckius*, diu d. st. est s. *Bothe. Similis est sententia apud Caec. Balb. Mon.* 1, 5 (*pg.* 18, 8) 'diu deliberato, cito facito' *et Walt. Burl. s. v. Socr.* 133 *EC*; dissimilem o. h. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 115 op. aur. hab. *Erasmus* 134 est v. gr. *P* (gratia *Pb*) *RBFC*: v. est gr. *B marg. pr. m. Vinc. Bell. sp. d.* 5, 117. *sp. nat.* 31, 107, v. gr. est *vulgo* optima est *Erasmus*: est opt. *PBFC Vinc.* est opus *R* 135 est appellandum *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 67, est *om. R* 136 ducis *FC*: dulcis *PRBE* 137 *Cf. v.* 542 dives *omnes Palatini et Britannicum*

Digitized by Google

Dimissum quod nescitur, non amittitur.
Deliberando discitur sapientia.
Deliberando saepe perit occasio.
(Duplex fit bonitas, simul accessit celeritas.)
Damnati lingua vocem habet, vim non habet.
Dolor animi [multo] gravior est quam corporis.
Dulce etiam fugias, fieri quod amarum potest.
Difficile est dolóri convenire cum patiéntia.
(Deos ridere credo, cum felix vocat.)
Etiam innocentis cogit mentiri dolor.
Etiam peccanti recte praestatur fides.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Ex vitio alius sapiens emendat suum.
Et deest et superat miseris cogitatio.
Etiam oblivisci quid sis, interdum expedit.
Ex hominum questu facta Fortuna est dea.

CODICES v. 123—138: *PRBF* (*TEC*), v. 139—146: *F*, v. 147—162: *PRBF* (*TEC*)

exemplar Gruteri, *cui lectioni plus elegantiae inesse existimat* utor aptum *Pb* invenit *B m. sec.* 138 *Cf. pg.* 52. *Seneca epist.* 4, 6 'nullius rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa non potest.' Amissum *T. Faber*; dimissum *L* 139 discitur *Ingolst.*: dicitur *F* . 141 *Cf. v.* 235 *et notissimum illud* 'Bis dat qui cito dat.' * simul : simul ut *F* 142 Damnati *Gruter*: damuat *F*, damnat quae *Ingolst.* 143 *Cf. v.* 102; *Menand. Monost.* 75 *βέλτιόν ἐστι σῶμα γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.* * [multo] *coll. v.* 53: nimio *Bothe*; corporis [dolor] *Gruter mala caesura* 144 * patientia *coll. Caec. Balbo Par.* 82, *pg.* 42, 13 'D. est iniuriae c. cum patientia' *et Walt. Burl. Socr.* 'D. est iniuriam c. cum patientia': sapientia *F*. *Cf. Pseudosen. de mor.* 6 'dolor patientia vincitur'. 146 *Cf. v.* 241 ridere *Palatini*: reddere *F*, rideri *Bothe*; *an fuit* irritare? vocat *Gruter*: vocet *F*, fovet *Palatini* 147 innocentis *PRB*: innocentes *FC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 112 coget *PR* 148 etiam *Erasmus*: et tamen *L* * peccanti *coll. v.* 52. 57. 161: peccato *RB*, huic peccato *F*, peccatori *Bernensis*, *B sec. m.* in peccato *Pithoeus*, *fortasse rectius* 149 *Cf. Caec. Balb. Mon.* 1, 15, *pg.* 19 'Cupiditati ipsa etiam tarda est celeritas'. norma *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 94 150 vitio alius *Ritschelius opusc.* 2, 675: v. alterius *LEC*, alterius vitio *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27. 5, 37 151 superest *cod. Gryph. et Bentleius* 152 qui *C*, *Bentl. ex cod. Caiano*, quod sis *Panthaleon ex coniectura*, quid sit *cod. Panth.* 153 Et hominum *P* questu *PbBFC ut proposuit Erasmus*: quaestu *PaR* est fort. dea *FC*

Digitized by Google

Effugere cupiditatem regnum est vincere.
'Exulanti ubi núsquam domus est, síne sepulcro est mortuus.
Et qui fecerunt, oderunt iniuriam.
Eripere telum, non dare irato decet.
Exilium patitur, patriae qui se denegat.
Etiam capillus unus habet umbram suam.
Eheu quam miserum est, fieri metuendo senem.
Etiam hosti est àequus, qui habet in consilio fidem.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Extrema semper de ante factis iudicant.
Ex lite multa gratia fit formosior.
(Etiam bonum saepe obest assuescere.)
Fidem qui perdit, quo se servet relicuo?
Fortunà cum blanditur, captatum venit.
Fortunam citius reperias quam retineas.
Formonsa facies muta commendatio est.

CODICES v. 147—162: *PRBF* (*TEC*), v. 163—165: *F*, v. 166—192: *PRBF* (*TEC*)

154 effugere *BFE*: effugire *PR*, cup. effugere *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 146 155 * Exulanti ubi: exuli ubi *L*, exul is cui *Gruter probante Bentleio*, Cui *Erasmus* est mortua *PR*: mortuus est *B*, est mortuum *F* 156 et *LC*; etiam *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 132, *vulgo* fecerunt *B pr. manu*: faciunt *B sec. m. PRFC*, *vulgo* oderint *Bentleius*, odio habent *Erasmus*. *Cf. Proleg. pg.* 56 157 *EC*: eripere irarum officia, non suggerere tela irato decet *T*. *Respexisse videtur Seneca de ira* 1, 19, 8 'Male irato ferrum committitur'. 158 patitur *C*, *Gruter*: pati est *L*, est pati *Erasmus* patriae se denegare *B sec. m. Bernensis*, *unde Fabricius* Se denegare p. exilium est pati 159 unus *om. C* 160 heu *C* senem] mense *R* heu quam m. est sic m. senescere *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 74 161 *Vinc. B. sp. d.* 4, 58 162 *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 127. *Cf. v.* 667 163 antefactis *F* indicant *Bothe* 164 *Cf. v.* 131 multo *coni. Io. Casp. Orelli* 165 *Cf. v.* 45. 325. bono *coni. Gruter* saepius *ad explendum dactylum Ingolst. malim* persaepe, saepe *F*; etiam bonum saepe est aedsuoscere *Palatinus* 166 servet *B pr. m. corr. F*: servat *PBC*; quo reservat *R*, quid sibi servat *E* reliquo *C et optimus codex Gruteri*: reliquum *PRBE*, in reliquum *Bernensis*, non est relictum *F* 167 capta dum *R* 168 fortuna *P* reperias *PbRB Vinc. Bell. sp. d.* 5, 121: repperias *PaF*, rapies, *ortum ex* repies *C* 169 formonsa *Pa*: formunsa *Pb*, formonso *R*, formosa *BFC* muta *FC Bambergensis et Erasmus*: multa *PaRB*, multo *Pb*. *Cf.*

Digitized by Google

Frustra rogatur, qui misereri non potest.
Fortuna unde aliquid fregit, cassum . . est.
Fraus est accipere, quod non possis reddere.
Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.
Fatetur facinus, quisquis iudicium fugit.
Felix inprobitas optimorum est calamitas.
Feras, non culpes quod mutari non potest.
Futura pugnant, nec se superari sinunt.
Furor fit laesa saepius patientia.
Fidem qui perdit, nil pote ultra perdere.
Facilitas nimia ad partem stultitiae rapit.
Fides sicut anima, unde abiit, numquam redit.
Fidem nemo umquam perdit, nisi qui non habet.
Fortuna obesse nulli contenta est semel.

CODICES v. 166—192: *PRBF* (*TEC*)

Diog. Laert. 5, 11, 18 *de Aristotele τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον* est *om. Fabricius* 170 miserere *P*, miseri *C* 171 ubi *B* cassum *F et codd. meliores Gruteri:* quassum *PRBC* penitus est *Gruter* 172 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53. 6, 15. *Seneca de benef.* 5, 6, 2 'Socrates dixit, se nolle beneficia ab eo accipere, cui non possit paria reddere'. *Cf. v.* 573 173 f. quem minimum *C* 174 * quisquis *meliore caesura:* his qui *PbE*, is qui *PaRF*, *item B nisi quod una littera ante* is *erasa est*, qui *TC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 65 fugit iuditium *E*, fateatur f. prompte, qui i. f. manifeste *T*. *Ceterum hanc sententiam post v.* 168 *exhibet F, sed rectius hic collocari indicio est eiusdem codicis corruptela* iudicium facit, *orta ex v.* 173 175 f. est i. o. c. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82 176 vitari *Gellius* 17, 14, *C*; imitari *vett. edit. Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14 potes *T* 177 pugnant *PaRFC:* non pugnant *PbB*, pungunt *Ribbeck* nec *R:* ne *PBFC*, non *videtur supra scriptum fuisse in archetypo codicum PbB, unde negatio male ad verbum praecedens retracta est.* sinunt *R*, *si recte legi:* sinant *PBFC*, ut . . . sinant *Erasmus* 178 *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133; *cf. v.* 412 laesa sapientia saepius *Vinc.* 179 qui fidem *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 58 perdidit *B*, perdiderit *T* nil pote *Erasmus:* nihil potest *LEC Vinc.* nihil poterit *T; cf. v.* 18 ultra *om. R;* perdere ultra nil potest *Pithoeus* 180 * nimia *coll. v.* 278. 392: animi *LC* rapit *B sec. m. sup. scr. FC:* sapit *PRB* 181 * sicut anima *coll. v.* 39: unanima *LC*, ut anima *vulgo ex Erasmi coniectura* abiit *C et Erasmus:* abit *F*, habet *PRB* n. eo redit *Panthaleon*, eo n. r. *vulgo* 182 nemo *sup. scr. in B sec. m.* numquam *BC* qui non perdit *F, sed idem post v.* 193 *iterum:* Fidem nemo perdit, nisi qui non habet

Digitized by Google

Amor otiosae causa sollicitudinis.
Avidum esse oportet neminem, minime senem.
Animo virum pudicae, non oculo eligunt.
Amantium ira amoris integratio est.
Amantis ius iurandum poenam non habet.
Amans, sicut fax, agitando ardescit magis.
Amor, ut lacrima, ab oculo oritur, in pectus cadit.
Animo imperabit sapiens, stultus serviet.
Amicum an nomen habeas, aperit calamitas.
Amori finem tempus, non animus facit.
Bis est gratum quod opus est, ultro si offeras.
Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Beneficium qui dare nescit, iniuste petit.
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
Beneficium accipere libertatem est vendere.
Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

CODICES v. 1—34 *PRBFV* (*EC*), v. 35—43 *FV*, v. 44—78 *PRBFV* (*EC*)

34 otioso *Zwinger* causa est solliciti timoris *C*, est *supra scr. sec. m. B*, a. c. est o. solitudinis *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 109 35 Avidum] *i. e. avarum*, *cf. Cic. Cat. mai.* 18, 66, *Pseudoseneca de mor.* 18 neminem minime *Gruter:* ne minime *Palatinus*, neminem nisi *FV* 36 *Cf. Caecil. Balb. Monac.* 17, 3, *pg.* 26 'A. v. pudica, non oculis eligit; impudica speciem quaerit non rem.' *Euripides*(?): οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστι, ἀλλὰ νοῦς. 37 *Totidem verbis Terentius Andr.* 3, 3, 23. *Cf. v* 107 39 sicut *FV:* ita ut *Palatinus* ard. magis *Palatinus:* m. a. *FV* 40 * ab oculo *cl. v.* 36: ab oculis *FV*, oculis *Gruter* 41 *Cf. Sallust. Cat.* 1, 2 Amori *V* 42 nomen] *sic F, non* hostem, *ut traditur, item V* 44 gratum est *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46, *Bentleius ex codd. suis*, et gratum *Pb* quo dato opus est *Bentleius*, quo dato opus est *Ribbeck* ultro si *Erasmus:* si ultro *LC*, sed ultro *Vinc.* offeras *PRBC Vinc.* sit datum *FV* 45 *Cf. v.* 165 consuetudo *PRB Vinc. Bell. sp. d.* 5, 43, *Erasmus:* nimia cons. *FV Vinc. Bell. sp. d.* 4, 16, cons. nimia *Ioa. Saresber. Policr.* 4, 9 est pessima *Bentleius*, r. b. c. est optima *Fabricius ex msc.* 46 Beneficium *LEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46: beneficia *Pithoeus* qui dare *LEC Vinc.* dare qui *Erasmus, vulgo* 47 *in FV infra legitur post v.* 79, *hoc loco in PRB Bern. C* asp. fug. *B*, in al. m. f. asp. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27. 48 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53; *om. V* est lib. vend. *Vinc.* lib. v. est *E Erasmus*, vindere *PaR* 49 ora *V* alii *C* sit *om. FV*

Digitized by Google

Bis emori est alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit, qui scit reddere.
Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.
Bonus animus laesus gravius multo irascitur.
Bona mors est homini, vitae quae extinguit mala.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.
Bonus animus numquam erranti obsequium adcommodat.
Beneficium qui dedisse se dicit, petit.
Bénivoli coniúnctio animi máxima est cognátio.
Beneficium saepe dare docere est reddere.
Bonitatis verba imitari maior malitia est.
Bona opinio hominum tutior pecunia est.

CODICES v. 44—78 *PRBFV* (*EC*)

50 emori est *Bambergensis*, *Fabricius:* enim mori est *PRFE Erasmus*, *item B nisi quod una littera ante* mori *erasa est*, mori est *VC*, est mori *Bothe*, *Ritschelius sched. crit.* 16 = *opusc. phil.* 2, 664 arb. emori *Gruter. Cf. pg.* 59 51 recipit *RBFVECPa corr. sec. m.* recepit *P*, plurima accepit *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53 52 peccanti *BE Bernensis*, *Erasmus:* peccati *P*, peccatis *R*, peccato *FVC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 106. 168. 5, 8. *Cf. v.* 57. 148. commodas *Godofredus* 53 *et tres seq. v. desunt in B* gravius multo *PREC Erasmus:* multo gr. *FV*, inultus gr. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133. *Cf. Caecil. Balb. Monac.* 15, 15, *pg.* 25 'B. amicus laesus g. i.' 54 homini *PRFV:* omnis *Bentleius;* b. m. est quae animi e. m. *C*, *similiter codd. Gruteri et Bentleii;* b. h. m. est *Gruter* 55 *Gellius* 17, 14. *Macrob. Sat.* 2, 7, 10. Beneficia *Pithoeus* accepit *Gellius Macr. V Erasmus:* accipit *PRFE*, accepit dando *Ioa. Saresber. Policr.* 8, 14 dederit *V* 56 *Cf.* 276 57 *Cf. v.* 52. amicus *cod. Panthaleonis*, b. amicus est qui n. *C* errandi *V* commodat *Godofredus* 58 Beneficia *Pithoeus* qui dedisse se *L*, *Pithoeus:* se d. qui *Erasmus*, qui se d. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 52. *Cf. Sen. de benef.* 2, 11, 2 59 convinctio *V* est m. cogitatio *C*, animi b. c. magna est c. *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 53, Coni. a. m. est c. *vel* Benevolus animus m. est c. *Erasmus; ut nos primus Godofredus ex cod. bibl. Amandi* 60 est doc. *V*, *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46. 61 *Cf. v.* 368. 400 bona *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 129 imitare *Pa*, inmitari *PbR*, inmutari *C*, non imitari *cod. Panthal.* mercari *Vinc. sp. d.* 4, 129 maior *om. C;* mal. maior est *FV*, maior est m. *Vinc. l. c.* malitia est maiorum *idem sp. d.* 5, 52 62 *Cf. v.* 83. 217. 498 hominum *LC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 67: homini *Erasmus* est *om. V*

Digitized by Google

Bonum quod est subprimitur, numquam extinguitur.
Bis vincit qui se vincit in victoria.
Benignus etiam causam dandi cogitat.
Bis interimitur, qui suis armis perit.
Bene dormit, qui non sentit quam male dormiat.
Bonorum crimen officiosus est miser.
Bona fama in tenebris proprium splendorem optinet.
Bene cogitata si excidunt, non occidunt.
Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.
Bona quae veniunt, ni sustineantur, opprimunt.
Bona [semper] imperante animo pecunia est.
Bonum ad virum cito moritur iracundia.
Brevissima ipsa est memoria iracundiae.
Bona turpitudo est, quae periclum vindicat.

CODICES v. 44—78: *PRBFV* (*EC*)

63 quod est *RBFV Bern. Palatini*: quidem *P*, quod *Panthaleon*, est *C*, tametsi *Erasmus* subprimitur *PRB*: supprimitur *FV Pant.* si obprimitur *B sec. m. Bern.* si premitur *C*, *Palatini* numquam *B*: nequam *PR Scaliger* τἀγαθὸν ἐκρύφθη, τὸ δὲ κακὸν καὶ σβέννυται, nequaquam *B sec. m. corr. FV Bern. C Pant.* non *Erasmus* 64 vincit in v. *PRBEC*: in vict. v. *FV Vinc. Bell. sp. d.* 4, 77 65 et *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 46. causam dandi *PR Bothe*: dandi causam *BFVEC Vinc. Erasmus* excogitat *Fabricius* 66 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 77 Bis punitur (*leg.* perimitur), qui s. a. perimitur *Vinc.* 67 *EC* quod male *V* 69 optinet *PRB*: obtinet *FV*, retinet *C* 68 off. est *Fabricius*: est off. *L vulgo* 70 Bona *V cod. Panthaleonis* si excidunt *C Erasmus*: si excedunt *PB*, sic excedunt *FV*, sex cedunt *R* 71 iudici cum *Pa corr. PbRBC Erasmus*: iudicium *Pa*, iudicium qui *FV*, iudici quos *Bentleius ex cod. Leidensi* 72 *hoc loco FV Bern. Bamberg. supra post v.* 68 *PRB. Cf. v.* 190 eveniunt *C*, vehunt *Bothe* susteneantur *Pa supra scr. PbR*, substineantur *C* * ni : nisi *LC*, *cf. pg.* 56 opprimunt *Gruter*: cadunt opprimant *R*, cadunt ut opprimant *PBFV*, c. et opprimunt *C* 73 Bona *BFV Bern. cod. Panthaleonis*: bono *PR* * [semper] imperante animo *cl. v.* 378: in parente anima *PRB Bern. Panth.* imperancia *V*, imperanti *F* pecunia est *FV Panthaleon*: est pecuniae *Pb*, est pecunia *PaRB*, fiet pecunia *vulgo* 74 apud *Erasmus*, ad a . . m cito *Pa* 75 brevissima, *quod ipse dubitanter proposueram coll. v.* 79, *iam coni. Gruter in notis postumis*: brevis mens *B*, breve mens *Pa corr. pr. m. PbR*, breviens *Pa*, breve amans *FV*, brevis amans *codd. Gruteri* est ipsa *FV*, esto *coni. Gruter* memoratio *vel* memorata *codd. Gruteri* 76 *Cf. v.* 207 turpida,

Digitized by Google

Bona comparat praesidia misericordia.
Beneficium dignis ubi des, omnes obliges.
Brevis ipsa vita, sed malis fit longior.
Beneficia donari aut mali aut stulti putant.
Bene perdas gaudium, ubi dolor pariter perit.
Bene vixit is, qui potuit, cum voluit mori.
(Bene audire alterum patrimonium est.)
(Boni est viri, etiam in morte nullum fallere.)
Consueta vitia ferimus, non reprendimus.
Crudelis in re adversa est obiurgatio.
Cavendi nulla est dimittenda occasio.
Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperes.
Crudelem medicum intemperans aeger facit.
Cúius mortem amíci expectant, vítam cives óderunt.
Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.

CODICES v. 44—78 *PRBFV* (*EC*), 79—84 *FV*, 85—105 (*TEC*)

supra scr. tu *sec. m. B*, est turpitudo *V* periclum *BV Bern.* periculum *ceteri* vindicat *PRBV:* indicat *FC Erasmus* 77 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 67. *Cf. v.* 329 78 des *RFV Pithoeus:* das *sup. scr. sec. m. C*, *Erasmus*, de *P* obliges *RBFV Pithoeus:* obleges *P*, obligas *B sec. m. B*, *Erasmus* 79 *Cf. v.* 438 v. est, sed *Gruter; cf. Horat. carm.* 1, 24, 19 81 *Cf. v.* 440 perdas *FV:* perdis *Gruter* 82 Bis vixit is *V*, bene vixit *F*, is *suppleverat iam Gruter. Cf. v.* 616 83 *Cf. v.* 62. 217. 498. B. vulgo a. est a. p. *Gruter*, *καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε Menand. Monost.* 285 84 *om. V Martinus Dumiensis de formula honestae vitae* (*Senecae opp. ed. F. Haase* 3, 470) 2, 6: B. est v. e. in m. neminem f. 85 *Hieronymus epist. ad Laetam* 107 (I 679 *ed. Vallars.*) 'Legi quondam in scholis puer: Aegre reprendas, quod sinas consuescere.' *Cf. pg.* 14 vita *RFV* ferri *FV* non] nisi *Godofr.* nova *Bentleius* reprendimus *V*: reprehendimus *ceteri* 86 est *C*, *Erasmus* (*non B*): *om. L*, c. est in re a. subiurgatio sceba vel saeva *T* 87 *EC* 88 saepe *Godofredus* neges *L Erasmus:* negas *Pu rec. m. corr. Bern. C*, *Fabricius* imperis *PR*, imperas *Bern. C Erasmus* 89 mendicum *F hoc loco*, *sed idem versus in FV infra ante v.* 107 *iterum legitur:* C. medicum i. a. f. intemperantia *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 155 aeger facit *FV altero loco*, *Erasmus:* facit aeger *RC*, facit *PBF Vinc.* facti *V priore loco* 90 expectent *Panthaleon* vitam *B rec. m. in marg.* cives *BFV C:* ciu' *Pb*, cuius *Pa*, civis cuius *R*, *om. Erasmus* oderunt *L:* oderant *Panthaleon*, odere *cod. Panth.* oderint *Bothe;* c. m. expetunt cives, v. oderant *Pithoeus iambice. Cf. pg.* 56 91 cum inimicum nemo gratiam *Pa*, cum alii inimicum nemo

Digitized by Google

Citius venit periclum, cum contemnitur.
Casta ad virum matrona parendo imperat.
Cito ignominia fit superbi gloria.
Consilio melius vinças quam iracundia.
Cuiuis dolori remedium est patientia.
Cotidie damnatur, qui semper timet.
Cum vitia prosunt, peccat qui recte facit.
Cóntumeliám nec fortis póte nec ingenuús pati.
Cónscientia ánimi nullas ínvenit linguaé preces.
Cito improborum laeta ad perniciem cadunt.
(Contemni est gravius quam stultitiae percuti.)
Cotidie est deterior posterior dies.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Crimen relinquit vitae, qui mortem appetit.

CODICES v. 85—105: *PRBFV* (*TEC*), v. 107—122: *FV* (*TC*)

g. t. r. alii inimico alii in gratiam *Pb* tuto *PaRBC*: tudo *Pb*, tute *FV* (tute in gr. *V*), cito *Erasmus*; ingratuitu revertitur *T* 92 evenit *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27 periclum *BV*: periculum *PRFEC Vinc.* 93 c. m. viro *C* 94 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 122, *om. V* super in gloria *Pb* 95 consilios *PR*, consilia *Pa corr.* vindicas *Pa*, vinces *C* iracundiae *P* 96 cuius *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 79. 112 est rem. *V*, p. r. est *Vinc.* 4, 112 97 damnator *Pb* C. morte mulcatur, qui cum timore conscientiae suae versatur *T* 98 produnt *C* 99 *om. V; sed cf. v. l. ad v.* 100 nec fortis *LTC Panthaleon*: non fortis *Stephanus*, nec facere fortis *Ingolst. ex coniectura ut videtur*, *unde Grut.* Cont. nec ing. fert nec fortis facit, *melius Bothe* Cont. nec fortis f. nec i. facit. *Cf. v.* 651 pote *proposuit Gruter*: potest *LTC* ingenus *R*, ignavus *Froehlich*, nec egenus ferre *T*. *Cf. v.* 240 . 100 contumelia *V*, *corruptum ex v.* 99 animi *PB Panthaleon*: amici *RB s. scr. m. sec. FVC* nullas *P*, *Bentleius*: nullus *B*, *nullius RFVC Panthaleon* 101 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 159 in pern. *Fabricius* 102 *Salomonis proverb.* 10, 8 'Urit increpatio prudentem magis quam si percutias stolidum centies.' est levius *Erasmus*; *cf. v.* 143 stultitiae (*i. e. stulto*) *PR*: stultitia *B sup. scr. sec. m. FV*, stulte *B*, *om. C* 103 *C*, *om. V* p. fides, *supra scr. sec. m.* dies, dies posterior *F*. *Cf. Erasmi Adag. p.* 732 Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω. *Seneca Phaedr.* 784 (*Hippolyt.* 776) 'Horaque semper praeterita deterior subit.' 104 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14, *TEC. om. R* facit dux *C*: pro v. est in via *T* 105 *Seneca Exc. Controv.* 8, 4, *pg.* 427, 13 *Bu.* 'Nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem'.

Digitized by Google

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.
Contra inpudentem stulta est nimia ingenuitas.
Cogas amantem irasci, amari si velis.
Crudelis est non fortis, qui infantem necat.
Cónsiliis indóctiorum múlti se docti éxplicant.
Cave quicquam incipias, quod paeniteat postea.
Cui omnes benedicunt, possidet populi bona.
Cui nolis saepe irasci, irascaris semel.
Crudelis lacrimis pascitur, non frangitur.
Caeci sunt oculi, cum animus alias res agit.
Caret periclo, qui etiam cum est tutus cavet.
Cum ames non sapias, aut cum sapias non ames.
Cicatrix conscientiae pro vulnere est.
Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.
Cave amicum credas, nisi si quem probaveris.
Contra felicem vix deus vires habet.
Cum das avaro praemium, ut noceat rogas.
Discipulus est prioris posterior dies.

CODICES v. 107—122: *FV* (*TC*), v. 123—138: *PRBF* (*TEC*)

106 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14: *πεεst in LTEC, Respexit fortasse Sen. Troad.* 345, *Phaedr.* 220 107 impudentem *Gruter*: inprudentem *FV* 108 *Cf. v.* 37 amatam *Bothe* amari *Ribbeck*: amare *FV* 109 supplicem hominem opprimere virtus non est, sed crudelitas *T* * indoctiorum: iuniorum *FV*; *editt. ex coniectura Gruteri* Consilium inveniunt multi, sed d. e. *coll. v.* 229 111 cave *F*: cave ne *V*; *cf. v.* 121 quicquam *Gruter*: quicquid *FV* paeniteat postea *Bothe*: post poeniteat *FV*. *Cf. v.* 196. *Periander apud Diog. Laert.* 1, 97 *πρᾶττε ἀμεταμέλητα*, *Pseudosen. de mor.* 7 'Specta (vulg. expecta) quod num. quam te poeniteat' 112 *TC*, *Caecilius Balb. Paris.* 80, *pg.* 42, *Pithoeus* benedicent populorum possidet *T*: possi dicunt benedet *V* 115 cum alius (*corr.* animus) res alias facit *V*, aliis quando rebus attenti sunt animi *T* 116 periclo *Bentleius*: periculo *FVC Pithoeus*, periculis *T* cum est *om. C*, *Pithoeus*, qui tutus in prosperis cautus est in futuro *T*. *Cf. v.* 359 117 *Cf. v.* 22 cum amas *V* 118 *Cf. Plut. de tranq.* 19 *ἡ σύνεσις οἷον ἕλκος* 119 cuivis . . . cuiquam *Seneca de tranq.* 11, 8, *consol. ad Marc.* 9, 4 *et C ex ipso Seneca*: cunctis . . . cuivis *FV*, *quod fortasse retinendum* accedere *V* 120 nisi si *Bothe*: nisi *FV* 121 habet *in V erasum* 122 *om. V* noceas *Ingolst.* 123 *Ioa. Saresber. Metalog.* 3, 6 (*iuxta Ethicum*), *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 21 (*in proverb. Sap.*). *Cf. vul-*

Digitized by Google

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.
Diu adparandum est bellum, ut vincas celerius.
Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.
De inimico ne loquaris male, sed cogites.
Deliberare utilia mora tutissima est.
Dolor decrescit, ubi quo crescat non habet.
Didicere flere feminae in mendacium.
Discordia fit carior concordia.
Deliberandum est saepe, statuendum est semel.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dum est vita grata, mortis condicio optima est.
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Dies quod donat timeas: cito raptum venit.

CODICES v. 123—138: *PRBF* (*TEC*)

gatum illud: 'Dies diem docet' 124 *Cf. v.* 86. 439 dampna ne o. *F* est *C Erasmus*: *om. L* 125 adparendum *PbC* est bellum *PRF*: bellum est *Vinc. B. sp. d.* 4, 77, bellum *B*, diu praeparandum est de bello, ut ocius vincas dum congrederis proelium *T* 126 cuncta *B*: *om. PaRF*, alii cum ingratum hominis dixeris alii cuncta alii hominem *Pb* cum gratis *B* hominis *PR* 127 ne *Erasmus*: non *LEC*; *cf. Quint.* 1, 5, 50 loquaris *BFE*: loqueris *R*, loquares *P*, dixeris *C*; de i. penitus (peius?) ne loquaris *T*, de i. ne dixeris malum *Vinc. B. sp. d.* 4, 169, *omissis reliquis* sed] si *F* 128 t. est *Gruter*: est t. *LC* 129 decrescet *R* quo *FC Vinc. B. sp. d.* 4, 112: quod *PRB* 130 didicere *Pithoeus*: dedicere *PR*, dediscere *BF* fere *B*, flerem *Pa* feminae *B Bern.* femina *PRF*, feminam *Erasmus* in *Pithoeus*: est *L* 131 *Caec. Balb. Monac.* 48, 11 *pg.* 34 'd. interdum fit c. c.' *Cf. v.* 164, *unde liquet* discordia *esse ablativum instrumenti, non comparationis* 132 * *Cf. pg.* 50. Deliberandum est saepe quicquid statuendum est semel *F*, *eodem modo sed omisso* saepe *PRB*, *nisi quod P* diliberandum, del. est diu quicquid st. est s. *C*, diu considerandum est quicquid st. est *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 26, del. est diu quod st. est s. *mala caesura Ingol. Ribbeckius*, diu d. st. est s. *Bothe. Similis est sententia apud Caec. Balb. Mon.* 1, 5 (*pg.* 18, 8) 'diu deliberato, cito facito' *et Walt. Burl. s. v. Socr.* 133 *EC*; dissimilem o. h. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 115 op. aur. hab. *Erasmus* 134 est v. gr. *P* (gratia *Pb*) *RBFC*: v. est gr. *B marg. pr. m. Vinc. Bell. sp. d.* 5, 117. *sp. nat.* 31, 107, v. gr. est *vulgo* optima est *Erasmus*: est opt. *PBFC Vinc.* est opus *R* 135 est appellandum *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 67, est *om. R* 136 ducis *FC*: dulcis *PRBE* 137 *Cf. v.* 512 dives *omnes Palatini et Britannicum*

Digitized by Google

Dimissum quod nescitur, non amittitur.
Deliberando discitur sapientia.
Deliberando saepe perit occasio.
(Duplex fit bonitas, simul accessit celeritas.)
Damnati lingua vocem habet, vim non habet.
Dolor animi [multo] gravior est quam corporis.
Dulce etiam fugias, fieri quod amarum potest.
Difficile est dolóri convenire cum patiéntia.
(Deos ridere credo, cum felix vocat.)
Etiam innocentis cogit mentiri dolor.
Etiam peccanti recte praestatur fides.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Ex vitio alius sapiens emendat suum.
Et deest et superat miseris cogitatio.
Etiam oblivisci quid sis, interdum expedit.
Ex hominum questu facta Fortuna est dea.

CODICES v. 123—138: *PRBF* (*TEC*), v. 139—146: *F*, v. 147—162: *PRBF* (*TEC*)

exemplar Gruteri, cui lectioni plus elegantiae inesse existimat utor aptum *Pb* invenit *B m. sec.* 138 *Cf. pg.* 52. *Seneca epist.* 4, 6 'nullius rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa non potest.' Amissum *T. Faber:* dimissum *L* 139 discitur *Ingolst.:* dicitur *F* . 141 *Cf. v.* 235 *et notissimum illud* 'Bis dat qui cito dat.' * simul : simul ut *F* 142 Damnati *Gruter:* damnat *F*, damnat quae *Ingolst.* 143 *Cf. v.* 102; *Menand. Monost.* 75 *βέλτιόν ἐστι σῶμα γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.* * [multo] *coll. v.* 53: nimio *Bothe*; corporis [dolor] *Gruter mala caesura* 144 * patientia *coll. Caec. Balbo Par.* 82, *pg.* 42, 13 'D. est iniuriae c. cum patientia' *et Walt. Burl. Socr.* 'D. est iniuriam c. cum patientia': sapientia *F. Cf. Pseudosen. de mor.* 6 'dolor patientia vincitur'. 146 *Cf. v.* 241 ridere *Palatini:* reddere *F*, rideri *Bothe; an fuit* irritare? vocat *Gruter:* vocet *F*, fovet *Palatini* 147 innocentis *PRB:* innocentes *FC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 112 coget *PR* 148 etiam *Erasmus:* et tamen *L* * peccanti *coll. v.* 52. 57. 161: peccato *RB*, huic peccato *F*, peccatori *Bernensis*, *B sec. m.* in peccato *Pithoeus*, *fortasse rectius* 149 *Cf. Caec. Balb. Mon.* 1, 15, *pg.* 19 'Cupiditati ipsa etiam tarda est celeritas'. norma *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 94 150 vitio alius *Ritschelius opusc.* 2, 675: v. alterius *LEC*, alterius vitio *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27. 5, 37 151 superest *cod. Gryph. et Bentleius* 152 qui *C*, *Bentl. ex cod. Caiano*, quod sis *Panthaleon ex coniectura*, quid sit *cod. Panth.* 153 Et hominum *P* questu *PbBFC ut proposuit Erasmus:* quaestu *PaR* est fort. dea *FC*

Digitized by Google

Effugere cupiditatem regnum est vincere.
'Exulanti ubi núsquam domus est, síne sepulcro est mortuus.
Et qui fecerunt, oderunt iniuriam.
Eripere telum, non dare irato decet.
Exilium patitur, patriae qui se denegat.
Etiam capillus unus habet umbram suam.
Eheu quam miserum est, fieri metuendo senem.
Etiam hosti est àequus, qui habet in consilio fidem.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Extrema semper de ante factis iudicant.
Ex lite multa gratia fit formosior.
(Etiam bonum saepe obest assuescere.)
Fidem qui perdit, quo se servet relicuo?
Fortuna cum blanditur, captatum venit.
Fortunam citius reperias quam retineas.
Formonsa facies muta commendatio est.

CODICES v. 147—162: *PRBF* (*TEC*), v. 163—165: *F*, v. 166—192: *PRBF* (*TEC*)

154 effugere *BFE*: effugire *PR*, cup. effugere *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 146 155 * Exulanti ubi: exuli ubi *L*, exul is cui *Gruter probante Bentleio*, Cui *Erasmus* est mortua *PR*: mortuus est *B*, est mortuum *F* 156 et *LC*; etiam *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 132, *vulgo* fecerunt *B pr. manu*: faciunt *B sec. m. PRFC*, *vulgo* oderint *Bentleius*, odio habent *Erasmus*. *Cf. Proleg. pg.* 56 157 *EC*: eripere irarum officia, non suggerere tela irato decet *T*. *Respexisse videtur Seneca de ira* 1, 19, 8 'Male irato ferrum committitur'. 158 patitur *C*, *Gruter*: pati est *L*, est pati *Erasmus* patriae se denegare *B sec. m. Bernensis*, *unde Fabricius* Se denegare p. exilium est pati 159 unus *om. C* 160 heu *C* senem] mense *R* heu quam m. est sic m. senescere *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 74 161 *Vinc. B. sp. d.* 4, 58 162 *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 127. *Cf. v.* 667 163 antefactis *F* indicant *Bothe* 164 *Cf. v.* 131 multo *coni. Io. Casp. Orelli* 165 *Cf. v.* 45. 325. bono *coni. Gruter* saepius *ad explendum dactylum Ingolst. malim* persaepe, saepe *F*; etiam bonum saepe est aedsuoscere *Palatinus* 166 servet *B pr. m. corr. F*: servat *PBC*; quo reservat *R*, quid sibi servat *E* reliquo *C et optimus codex Gruteri*: reliquum *PRBE*, in reliquum *Bernensis*, non est relictum *F* 167 capta dum *R* 168 fortuna *P* reperias *PbRB Vinc. Bell. sp. d.* 5, 121: repperias *PaF*, rapies, *ortum ex* repies *C* 169 formonsa *Pa*: formunsa *Pb*, formonso *R*, formosa *BFC* muta *FC Bambergensis et Erasmus*: multa *PaRB*, multo *Pb*. *Cf.*

Digitized by Google

Frustra rogatur, qui misereri non potest.
Fortuna unde aliquid fregit, cassum . . est.
Fraus est accipere, quod non possis reddere.
Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.
Fatetur facinus, quisquis iudicium fugit.
Felix inprobitas optimorum est calamitas.
Feras, non culpes quod mutari non potest.
Futura pugnant, nec se superari sinunt.
Furor fit laesa saepius patientia.
Fidem qui perdit, nil pote ultra perdere.
Facilitas nimia ad partem stultitiae rapit.
Fides sicut anima, unde abiit, numquam redit.
Fidem nemo umquam perdit, nisi qui non habet.
Fortuna obesse nulli contenta est semel.

CODICES v. 166—192: *PRBF* (*TEC*)

Diog. Laert. 5, 11, 18 *de Aristotele τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον* est *om. Fabricius* 170 miserere *P*, miseri *C* 171 ubi *B* cassum *F et codd. meliores Gruteri:* quassum *PRBC* penitus est *Gruter* 172 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53. 6, 15. *Seneca de benef.* 5, 6, 2 'Socrates dixit, se nolle beneficia ab eo accipere, cui non possit paria reddere'. *Cf. v.* 573 173 f. quem minimum *C* 174 * quisquis *meliore caesura:* his qui *PbE*, is qui *PaRF*, *item B nisi quod una littera ante* is *erasa est*, qui *TC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 65 fugit iuditium *E*, fateatur f. prompte, qui i. f. manifeste *T*. *Ceterum hanc sententiam post v.* 168 *exhibet F, sed rectius hic collocari indicio est eiusdem codicis corruptela* iudicium facit, *orta ex v.* 173 175 f. est i. o. c. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82 176 vitari *Gellius* 17, 14, *C*; imitari *vett. edit. Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14 potes *T* 177 pugnant *PaRFC:* non pugnant *PbB*, pungunt *Ribbeck* nec *R:* ne *PBFC*, non *videtur supra scriptum fuisse in archetypo codicum PbB, unde negatio male ad verbum praecedens retracta est.* sinunt *R*, *si recte legi:* sinant *PBFC*, ut . . . sinant *Erasmus* 178 *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133; *cf. v.* 412 laesa sapientia saepius *Vinc.* 179 qui fidem *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 58 perdidit *B*, perdiderit *T* nil pote *Erasmus:* nihil potest *LEC Vinc.* nihil poterit *T; cf. v.* 18 ultra *om. R;* perdere ultra nil potest *Pithoeus* 180 * nimia *coll. v.* 278. 392: animi *LC* rapit *B sec. m. sup. scr. FC:* sapit *PRB* 181 * sicut anima *coll. v.* 39: unanima *LC*, ut anima *vulgo ex Erasmi coniectura* abiit *C et Erasmus:* abit *F*, habet *PRB* n. eo redit *Panthaleon*, eo n. r. *vulgo* 182 nemo *sup. scr. in B sec. m.* numquam *BC* qui non perdit *F, sed idem post v.* 193 *iterum:* Fidem nemo perdit, nisi qui non habet

Digitized by Google

Fúlmen est, ubi cúm potestate hábitat iracúndia.
Frústra cum ad senéctam ventum est, répetas aduléscentiam.
Falsum maledictum malivolum mendacium est.
Féminae natúram regere désperare est ótium.
Feras facilia, ut difficilia perferas.
Fortuna vitrea est: tum cum splendet frangitur.
Feras quod laedit, ut quod prodest perferas.
Facit gratum fortuna, quem nemo videt.
Fortuna hominibus plus quam consilium valet.
Frugalitas miseria est rumoris boni.
Grave praeiudicium est, quod iudicium non habet.
Gravissima est probi hominis iracundia.
Gravis animi poena est, quem post facti paenitet.

CODICES v. 166—192: *PRBF* (*TEC*), v. 193 *F*, v. 194—223: *PRBF* (*TEC*)

184 flumen *F*, fulmen est procul dubio potestas cum iracundia *T* habitat *om. C* 185 ventum *om. C* repetas *PRBC:* repetis *Bernensis*, recipis *F* adulescentiam *PR:* adol. *BF* 186 iudicium est *C* 187 feminae curam *R*, feminarum curam *Pithoeus* rege redet spere *P* est otium *Pithoeus:* odium est *L*, hodium est *C*, est omnium *Erasmus* 188 feras *PRFC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82: fer *B*, *Erasmus* facilia ut difficilia *Bentleius:* difficilia ut facilia *LC Vinc.* perferas *PRB:* perfeceris *C*, levius perferas *F*, levius feras *Erasmus*. *Cf. Seneca Thyest.* 307 'Leve est miserias ferre, perferre grave'. *Fuit cum coll. v.* 190 *conicerem:* Feras difficilia, ut felicia perferas. 189 interea *Vinc. Bell. sp. d* 5, 121 est *om. E* cum, *omisso* tum *C*, quae cum *Vinc.* 190 *Cf. v.* 188. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82 ut et quod p. f. *Ingolst.* ut et id quod p. f. *Gruter* perferas *Panthalcon:* feras *LC Vinc.* 191 quem *recepi ex PaRF:* quam *Pb*, cum *B:* cui . . . invidet *Bentleius*. *Sententia: absenti, qui non in ore civium versatur, gratiam conciliat ipsa absentiae condicio.* 192 hominibus *vel* omnino *Bothe:* homini *PaRFC*, hominum *PbB:* plus homini *Gruter* 193 *Gellius* 17, 14. Frugalitas *Gellius*, *Macrob. Sat.* 2, 17, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 13. 14: fragilitas rum. boni m. est *F;* inserta est *libri Gelliani* inserta est *libri Gelliani* 194 est proiuditium *R* at. grave ‖ est quod prae ‖ habet *Pa extremo marg. ad dextram rec. m. unde colligitur librarium scripsisse* grave [iudicium] est quod prae[iudicium non] habet, *quomodo Pithoeus edidit, sed bibliopegi socordia, quae uncinis inclusi, abscisa esse* 195 *EC, cf. v.* 53 probi] sibi *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133 uerecundia *C* 196 *Cf. v.* 111. 366. 601. post facti *PRB: in F*

Digitized by Google

Gravis animus dubiam non habet sententiam.
Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet.
Gravius nocet, quodcumque inexpertum accidit.
(Gravior est inimicus, qui latet in pectore.)
Gravissimum est imperium consuetudinis.
Grave crimen, etiam leviter cum est dictum, nocet.
Heu quam difficilis gloriae custodia est!
Homo extra corpus est suum, cum irascitur.
Heu quam est timendus, qui mori tutum putat!
Hómo, qui in homine cálamitoso est mísericors, meminít sui.
Honesta turpitudo est pro causa bona.
Hábet in adversís auxilia, qui ín secundis cómmodat.
Heú quam miserum est áb eo lædi, dé quo non possís queri!

CODICES v. 194—223: *PRBF (TEC)*

p̄ *ante facti erasum est*, post factum *Bern. ut etiam T* gravis poena est poenitenti. cuius post factum cruciantur animi; quem potest facti penitere *C. Vinc. Bell. sp. d.* 5, 22 G. a. p. est proximumque ad innocentiam locum tenet verecunda peccati confessio, *conglutinatum ex Publilii versu et Pseudosen. de mor.* 94 197 *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 86. *C* 198 *Cf. v.* 200. malum o. est *cod. Palatinus:* est m. o. *PRB*, est o. m. *C*, m. est o. *F* grave est m. o. *Erasmus*, *haud scio an verius*, *coll. v.* 200 199 *EC* citius nocet quicquid i. nocet *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82 200 *Cf. v.* 198 Gravior *BFCPa corr. rec. m.* gravius *PR*, gravius *PR*, gravis est scrupulus delitiscens invisus in p. *T* inimicus] in his *Pb*; *voluit fortasse* inimicus is qui, *ut est in B* sub pectore *Erasmus*, *omisso* est; *aliter Prov.* 23 201 *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 43, *C* conscietudinis *B: voluitne* conscientiae? 202 d. est *Bentleius* 203 difficile *C*, difficilis est g. c. *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 67 204 est suum *PRE:* suum est *BFC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133 hominem extra c. facit fenalis (furialis? *an* venalis = *vilis?*) incensio *T* 205 *Cf. v.* 364 timidus *FC* amorem tuum *B pr. m.* moriturum C 207 *C*, *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 82 * est: est mori *LC Vinc.* causa bona *PRBC:* b. c. *F;* Est h. t. pro b. c. mori *Erasmus. Cf. v.* 76 208 adversis auxilia *PRBEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 67: adversi consilia *F* commendat *R*, *ut infra v.* 220 209 *Excidit in F*, *cf. ad v.* 213 . ab illo *C*, ab aliquo *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 138, laedi ab eo *B* non possis queri *B:* non conpossit quaeri *PaR*, non conpossit queri *Pb*, conpossit quaeri *R sec. m. in marg.* non possit queri *Vinc. et B sec. m. si recte legi*, nequeas queri *C*, non ausis queri *Gruter*

Digitized by Google

Hominem experiri multa paupertas iubet.
Heú dolor quam míser est, qui in torménto vocem nón habet!
Heú quam multa paénitenda incurrunt vivendó diu!
(Heu quam miserum est discere servire, ubi sis doctus dominari!)
Habet suum venenum blanda oratio.
Homo totiens moritur, quotiens amittit suos.
Homo saepe in aliud fertur, aliud cogitat.
Honestus rumor alterum est patrimonium.
Homo ne sit sine dolore, Fortunam invenit.
Honeste servit, qui succumbit tempori.
Homo vitae commodatus, non donatus est.
Heredis fletus sub persona risus est.
Heredem ferre utilius est quam quaerere.
Habent locum maledicti crebrae nuptiae.

CODICES v. 194—223: *PRBF* (*TEC*), v. 224—229: *F*(*T*)

210 *C*, *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 78 211 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 112 heu pro dolor *B*, dolor *om. C* tormentis *Gruter* 212 *EC* inc. homines v. d. *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 102, *sp. nat.* 31, 88, occurrunt diu viventi *C*, viventes diu *Palatini Gruteri*. Quam p. i. viventi diu *unus Palatinus* 213 *hoc loco PB, supra ante v.* 210 *F omisso versu* 209, *deest in R* est *om. P.* discere *om. C* ubi *PBC*: ubi non *F*, nisi *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 43 doctus sis dom. *Vinc.* doctus fueris d. *C* 214 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 168, h. virus oecultum b. miseratio *T*. *Cf. Phaedr.* 1, 19, 1 'habent insidias hominis blanditiae mali.' 215 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 105 domo *Vinc. B. sp. d.* 4, 139 amittat *F* 216 saepe in aliud fertur *Halmius et Muehlius*: semper aliud furetina *P*, semper aliud furetinat *R*, semper aliud fuerit *B*, semper in se aliud fert *F*; saepe furit in aliud *ipse conieci*, *nunc malim* saepe fertur in aliud *coll. pg.* 59 aliud cogitat *restitui ex PR*: in alterum a. c. *BF*, *vulgo*. *Cf.* 563 217 *Cf. v.* 62. 83. 498. *Fabricius ex mscr.* 'honesta fama mĕlior pecunia est'. (*leg.* melior est pecunia) *in F infra legitur post v.* 225 patrimonium *BF*: patrum omnium *PR* 218 *Cf. v.* 153 fortuna *FC* 219 servit *Bernensis*, *C*, *Erasmus*: serviet *PRBF* 220 c. est non d. *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 104, est *om. Vinc. B. sp. d.* 5, 112. *sp. nat.* 31, 102 (101) commendatur *R*, commendatus *C* 221 *Gellius* 17, 14 heredis fletus *C*, *π*, *Bambergensis*: heres fictus *L* 222 *Cf. v.* 323 scire *Erasmus* honestius *unus ex Palatinis Gruteri* 223 locum *B sec. m. sup. scr.* maledicte *B* crebere *R*, crebae *Pb*

Digitized by Google

Honeste parcas improbo, ut parcas probo.
Humanitatis optima est certatio.
Honos honestum decorat, inhonestum notat.
Heu conscientia animi gravis est servitus!
Hominem etiam frugi flectit saepe occasio.
Homini consilium tunc deest, cum multa invenit.
Inferior rescit, quidquid peccat superior.
Inimicum ulcisci vitam accipere est alteram.
Invitum cum retineas, exire incites.
Ingenuitatem laedas, cum indignum roges.
In nullo avarus bonus est, in se pessimus.
Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
Inopiae desunt multa, avaritiae omnia.
Instructa inopia est in divitiis cupiditas.
Invitat culpam, qui peccatum praeterit.

CODICES v. 224—229: *F* (*T*), v. 230—263: *PRBF* (*TEC*)

224 *Cf. v.* 345 ut parcas *Gruter:* ut non careas *F*, *de cuius corruptela cf. v.* 381, et parcas *Palatinus*, ut caveas *Bothe* 226 honor *T* notat *om. T* 227 heu *Gruter:* haec *F* gravis est servitus *Gruter:* gravior est servitute *F; cf. v.* 11. 583. *Quod olim conieceram*, Heu conscientia servitute gravior est, *parum commendatur v.* 100. 443 230 rescit *restitui ex P:* nescit *RE*, orrescit *B*, horrescit *FC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 6, horret *Erasmus*, casat *vel* crescit *codd. Bentlei*, *unde Ribbeckius* causat = causatur; cum periclo inferior quaerit *T*, *quocum cf. Gell.* 2, 19, 2 'qui factum aliquod occultius cognoscit, is dicitur proprie rescire'. superior *BFEC:* superius *PR*, qui superius occultare contendit *T* 231 est accipere *Fabricius* 232 incitis *P*, incitas *C* 233 *in F infra legitur post v.* 276 laedas *PRB pr. m. F:* laedis *Pa sec. m. B corr. C*, laedit *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 51 cum] qui *Vinc.* dignum *B* roges *PRBFC:* rogas *Pa sec. m.* rogat *Vinc.* Honestatem laedes. cum pro indigno intercedis *T* 234 *Seneca epistul.* 108, 9 *non addito Publilii nomine* in nullo *LE:* in nullum *Seneca*, nulli *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 144 in se] inopi *Vinc. fortasse* ipsi, *nisi potius corruptela orta est ex v. seq. initio;* qui *ante* in se *sup. scr. B sec. m.* 235 *E* bis datur *B*, plus dat qui c. praestat *T*, benef. dat is qui *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 51 236 *Seneca controv.* 7, 18, 8 (206, 16 *Burs.*) 'Desunt luxuriae multa, a. o.' *Seneca epistul.* 108, 9 'Desunt inopiae multa, a. o.' inopi *B sec. m.* d. multa *Seneca:* parva d. *L Vinc. Bell. sp. d.* 4, 144, cā (cuncta) desunt *C*, d. pauca *Gruter* avaro *B sec. m.* 237 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 146 inopia instructa *C* 238 invitat *C*, *Erasmus*, invitat profecto *T* in se vitat *L*, ipse intrat *Bothe; cf. v.*

Digitized by Google

Iocundum nil est, nisi quod reficit varietas.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Inritare est cálamitatem, cúm te felicém voces.
Inpune pecces in eum, qui peccat prior.
Ingratus unus omnibus miseris nocet.
In miseria etiam vita contumelia est.
Ita amicum habeas, pósse ut facile fíeri hunc inimicúm putes.
Invidiam ferre aut fortis aut felix potest.
In amore semper mendax iracundia est.
Invidia tacite, sed inimice irascitur.
Iratum breviter vites, inimicum diu.
Iniuriarum remedium est oblivio.
Iracundiám qui vincit, hóstem superat máximum.
Iactum tacendo crimen facias acrius.

CODICES v. 230—263: *PRBF* (*TEC*)

592. 645 delictum *Gruter*, qui peccantem non ulciscendo praeterit *T* 239 * nil : nihil *LC* nisi *om. C* 240 *Cf. v.* 284 recepit *P*, *item R sed puncto supra* e *addito*, fert *T* 241 *hoc loco PRBE*, *infra post v.* 263 *F*. *Cf. v.* 146 invitare *coni. Gruter* * voces: vocaveris *BC*, vocaberis *PRE*, dixeris *Panthaleon*, vocas *Ingolst.* vocaveris felicem *F* 242 pecces *BF*: peccas *C*, profecto peccas *T*, pecas *P*, peccis *R* in eum *om. T* qui peccat prior *Bentleius*: qui prior in eum peccaverit *T*, qui peccat rarior *LC*; impune peccat cum quis peccat rarior *Fabricius ac similiter iam Panthaleon* 243 uni *T* omnibus miseris *Ingolst.* omnibus miserior *T*, miseris omnibus *L*, *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 54, missis omnibus *C* 244 * in miseria etiam vita: in misera vita etiam *F*, in miseria vita (*omisso* etiam) *PR*, in misera vita *B*, in misero vita est etiam cont. *Bothe*, in miseri vitam tuta contumelia est *Halmius*. *Cf. v.* 256. 277 245 *Gellius* 17, 14 fieri *in B sec. m. sup. scr.* hunc in. putes *Bernensis*: p. h. in. *F*, hunc non in. p. *PRB*; ut hunc fieri posse inimicum putes *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 88, ut in. fieri posse scias *C* 246 *TC* an f. an f. *F*; filex *PR* 247 *Cf. v.* 13 est ir. *F*, est *B sec. m.* 248 *in F iterum post v.* 262: Inv. tacita citius inimica irascitur minute ir. *Erasmus* 249 *C* 250 *Seneca epist.* 94, 28. *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 83, *TC* Magnanimo iniuriae r. o. est *Pithoeus* 251 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133 max. sup. h. *F*, hostes maximos debellavit *T* 252 *Cf.* 331 ictum *F*, factum *Pithoeus* tacendo *B et Panthaleon explicans* 'Qui peccato etiam mendacium addit, bis peccat': tacendum *P*, tacentem *RF* facies *R*

Digitized by Google

'In malis speráre bene nisi ínnocens nemó solet.
In vindicando criminosa est celeritas.
Inimicum quamvis humilem docti est metuere.
In calamitoso risus etiam iniuria est.
Iudex damnatur, cum nocens absolvitur.
Ignoscere hominum est, ubi pudet cui ignoscitur.
In rebus dubiis plurimi est audacia.
Illo nocens se damnat, quo peccat die.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Iratus etiam facinus consilium putat.
Invidia loquitur quod subest, non quod videt.
'Inprobe Neptúnum accusat, qui íterum naufragiúm facit.
Iniuriam aures quam oculi facilius ferunt.
Iacet omnis virtus, fama nisi late patet.
Ignis suum calorem etiam in ferro tenet.
In Venere semper certat dolor et gaudium.
In amore forma plus valet quam auctoritas.
Ingrata sunt beneficia, quis comes est metus.
Imprudens peccat, quem post facti paenitet.
Inertia indicatur, cum fugitur labor.

CODICES v. 230—263: *PRBF* (*TEC*), v. 264: *T*, v. 265—291: *F* (*T*)

253 *EC* bene sperare *C* 254 vindicando *PRE Vinc. Bell. sp. d.* 4, 93: iudicando *BFC*, *cui favet v.* 32 criminosa mora est cel. *C* 255 *C*, *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27. *Phaedr. fab.* 1, 28, 1 'Quamvis sublimes debent humiles metuere'. 256 etiam risus *C* 257 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 27; *cf. v.* 614 innocens *E* 258 est *erasum in B* ubi *Erasmus:* nisi *L* cui *om. F* 259 plurimi *Erasmus:* plurima *LC* 260 ilo *R* innocens *C* quod *P* diu *B* 261 crede *PaRBEC:* credo *Pb*, credas *F* ut ne *Bothe* imico *Pb*, amico *B*, *sed sup. scr. pr. m.* inimico 262 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133 263 *: invidia id quod videt loquitur, non quod subest *F*, *totidem verbis PRB*, *nisi quod omissa sunt* quod videt. *Videtur Publilius invidiam ita interpretari*, *quasi prior vocabuli compositi pars sit* in *privativum*, *non praepositio.* 264 *Gellius* 17, 14, *T; deest in LEC* 266 patet *Palatinus:* pateat *F* 267 suum c. etiam *Gruter:* etiam s.c. *F* 268 Venere *Gruter:* venerem *F* 269 amore *Gruter:* amorem *F* 270 quis *Gruter:* quibus *E* 271 post *Gruter: om. F; cf. v.* 196. 366. *Seneca Agam.* 244 'Quem paenitet peccasse, paene est innocens'. 272 * indicatur : cum indicatur *F*, tum indicatur *Bothe*, iudicatur *Gru-*

Digitized by Google

Iratus, cum ad se rediit, sibi tum irascitur.
In amore semper causa damni quaeritur.
Iocunda macula est ex inimici sanguine.
In Venere semper dulcis est dementia.
In misero facile fit potens iniuria.
Interdum habet stultitiae partem facilitas.
Inertia est laboris excusatio.
Iniuriam facilius facias quam feras.
Iratus nil non criminis loquitur loco.
Incertus animus dimidium est sapientiae.
In turpi re peccare bis delinquere est.
Ingenuus animus non fert vocis verbera.
Iniuriam ipse facias, ubi non vindices.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Inimici ad animum nullae conveniunt preces.
Inimico extincto exitium lacrimae non habent.
Ibi semper est victoria, ubi concordia est.
Iter est, quacumque dat prior vestigium.
Ibi pote valere populus, ubi leges valent.
Loco ignominiae est apud indignum dignitas.
Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.
Laeso doloris remedium inimici est dolor.
Levis est Fortuna: cito reposcit, quod dedit.
Lex universa est, quae iubet nasci et mori.

CODICES v. 265—291: *F* (*T*), v. 292—296: *PRBF* (*EC*)

ter; cf. v. 279 273 rediit *Bentleius:* redit *F* 275 inimici *Ingolst.:* imici *F* 278 *Cf. v.* 180. * facilitas : felicitas *F* 279 est laboris *Ingolst.:* l. est *F*; *cf. v.* 272 281 nil *Ingolst.:* nihil *F* 282 incertus] *hoc vult dubitationem principium esse philosophiae, ut ait Cicero de deorum nat.* 1, 1; *an* ingenuus, *ut v.* 284? invictus *Maehly* dimidium *Bothe:* remedium *F; cf. Plaut. Pseud.* 454, *et infra v.* 657 284 invectivae (*leg.* invectivas) vocis numquam libertas tacet *T* 286 *Seneca epist.* 108, 11 minimo *Seneca:* minimum *F* 288 *Mallem* exitum, *nisi metrum respueret. Cf. Paul. Diac. p.* 81 291 pote *Gruter:* potest *F* 292 *C*, *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 71 293 *EC; cf. v.* 203 294 doloris *BFC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 133: dolori *PR* inimici est *Bothe:* est in. *PRBC Vinc.* est *om. F* 295 *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 123 296 universa *PRBF:* universalis *EC Vinc. Bell. spec. doctr.* 5, 104,

Digitized by Google

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Lascivia et laus numquam habent concordiam.
Legem nocens veretur, fortunam innocens.
Libido, non iudicium est quod levitas sapit.
Libido cunctos etiam sub vultu domat.
Longinquum est omne, quod cupiditas flagitat.
Lapsus semel fit culpa, si iterum cecideris.
Lex videt iratum, iratus legem non videt.
(Legem solet oblivisci iracundia.)
Locis remotis qui latet, lex est sibi.
Late lucere ignis nihil ut urat, potest.
Licentiam des linguae, cum verum petas.
Malignos fieri maxime ingrati docent.
Multis minatur, qui uni facit iniuriam.
Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.
Mala causa est, quae requirit misericordiam.
Mori est felicis, antequam mortem invocet.

CODICES v. 297—301: *PRF* (*TEC*), v. 302—308: *F*, v. 309—340: *PRF* (*TEC*)

spec. nat. 31, 101, universi *Erasmus* est *om. F* iubet et n. *Vinc.* 297 *TEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 146 po . . . *Pa*, *ultimis litteris evanidis*, potens *Pb*. *Cf. Seneca de ira* 2, 8, 2; *Ritschelius*, *opusc. vol.* 2, 666 298 *EC Vinc. Bell. spec. doct.* 4, 159 laus et lasc. *Vinc.* 300 libido non *F*: libido *PR*, libidini *olim conieci*, libido indicium est eius q. l. s. *Pithoeus*. 301 cinctos *Salmasius ad Solin. p.* 46 dampnat *F* 302 longum est quod flag. cup. *F*, *emend. Gruter*. *Cf. v.* 149 305 *Videtur esse interpretamentum versus proxime antecedentis* obliviscier *Gruter*; oblivisci solita est *Bothe* 306 est sibi *Ingolst.*: sibi est *F* 307 * ignis nihil ut u. *vel* ut u. n. i.: ignis ut nihil urat *F* 309 *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 54 malignus *Pb*, malignum *Fabricius* maxime ingratos docere saepe *T* 310 comminatur *T*, imperatur *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 132 uni *PRTEC Vinc.*: ui *F* contumeliam facit *T*, iniuria *F*; qui f. u. i. *Pithoeus* 311 *C Vinc. Bell.* 4, 94 odiosa *C* *an* patientiam? 312 *Cf. v.* 410 mala *C Erasmus*: mali *PRF* 313 *Cf. Sen. ad Polyb. consol.* 28 'Est magna felicitas in ipsa felicitate moriendi'. *id. ad Marc.* 20 'mors de nullis melius merita quam de iis, ad quos venit antequam invocaretur'. felicius *libri quidam Erasmi et Gryphiswaldensis* invocet *F*: invoces *R*, invocis *P*, invocens *Gryph.* mors invocetur *C*, *unde conicias*:

Digitized by Google

Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui.
Miserrima est fortuna, quae inimico caret.
Malus est vocandus, qui sua est causa bonus.
Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.
Metus cum venit, rarum habet somnus locum.
Mori necesse est, sed non quotiens volueris.
Male geritur, quidquid geritur fortunae fide.
Mórtuo qui míttit munus, níl dat illi, sibi ádimit.
Minus est quam servus dominus, qui servos timet.
Mage fidus heres nascitur quam scribitur.
Malo in consilio feminae vincunt viros.
Mala est voluptas ad alienum consuescere.
Máximo perículo custodítur, quod multís placet.
Mala est medicina, ubi aliquid naturae perit.
Malae naturae numquam doctore indigent.
Misereri scire sine periclo est vivere.
Male vivunt, qui se semper victurós putant.

CODICES v. 309—340: *PRF* (*TEC*)

Mori est felicius, a. m. invoces. 314 tacere *C Erasmus:* agere *PRF* cupies *Panthaleon* 315 in. caret *PR Vinc. Bell. sp. d.* 4, 83: caret in. *C*, inimicos latet *F* 316 sua est causa *PRF:* sua c. est *Erasmus*, est s. c. *C* 317 *Cf. v.* 20. 61. 368. 400 bonum ubi se *PR:* ubi b. se *FE*, ut se b. *C*, malus vir bonum quando se *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 129 tunc peior est, *supra scr.* vel pessimus *E* 318 dum *Godofredus* somnus *F:* sompnus *C*, sonus *PR* 319 est *FC:* sit *PR* quoties *Erasmus* 320 *C Vinc. Bell. sp. d.* 5, 121 321 munus qui mittit *Gruter* nil *Erasmus:* nihil *L* 322 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 74. 136. 6, 12 timit *P*, famulatur dominus, ubi timet quibus imperat prorsus *T* 323 *Cf. v.* 222 mage *Gruter:* magis *LC;* magis heres fidus *Pithoeus* 324 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 10. *sp. nat.* 31, 115 in *om. Vinc.* 325 voluptas *Erasmus:* voluntas *LC* alienis adsuescere *Erasmus* 326 *Cf. v.* 408 periclo *Gruter:* periculo *LEC*, magno cum periculo *Erasmus. Hieron. adv. Iovin. lib. I sub fin.* 'Difficile custoditur, quod plures amant.' 328 doctore *PbRC:* doctorem *Pa*, datore *F*, doctrina *Erasmus* 329 *Cf. v.* 77. 170 misereri scire *restitui ex RE:* miseri scire *P*, miseriam nescire *F Erasmus*, miserum est sine periculo nescire vivere *C* periclo *Gruter:* periculo *L*, est s. p. vivere *Erasmus* 330 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 104. *sp. n.* 31, 201. *Cf. Sen. epist.* 23, 10 'Male vivunt, qui semper vivere incipiunt.'

Digitized by Google

Maledictum interpretando facias acrius.
Male secum agit aeger, medicum qui heredem facit.
Minus decipitur, cui negatur celeriter.
Mutat se bonitas inritata iniuria.
Mulier cum sola cogitat, male cogitat.
Male facere qui vult, numquam non causam invenit.
Malivolus semper sua natura vescitur.
Multos timere debet, quem multi timent.
Male imperando summum imperium amittitur.
Mulier, quae multis nubit, multis non placet.
Malivolus animus abditos dentes habet.
Medicina calamitatis est aequanimitas.
Muliebris lacrima condimentum est malitiae.
Metum respicere non solet quidquid iuvat.
Malo etiam parcas, si una est periturus bonus.
Magnum crimen secum adfert indignatio.
Malus etsi obesse non pote, tamen cogitat.

CODICES v. 309—340: *PRF* (*TEC*), v. 341—376: *F* (*T*)

331 *Cf. v.* 252 maledictum male interpretando *C* facies *C*, *Erasmus* agrius *P* 332 aeger *om. cod. Panthaleonis* 333 celeriter negatur *TC* 334 inritata (*quod pro nominativo accipio*) *Pithoeus:* cum inritatur *PR*, cum irritatur *FC*, cum irrogatur *cod. Panthaleonis;* cum irrites *Erasmus* 335 *C Vinc. Bell. sp. d.* 5, 10, *sp. n.* 31, 115 336 numquam non c. i., *addito* alii causam numquam invenit *Pb:* nusquam non *F Erasmus*, numquam *PaR*, nonnunquam *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 106, plus quam non vult invenit *C* 337 nascitura *Pb* vescetur *F*, vestitus *C* 338 *Similis est versus Laberii, quem in Caesarem dictum populus accepit,* (*Macr. Sat.* 2, 7, 4) 'Necesse est multos timeat, quem multi timent'. *Cf. Vellei.* 2, 57 *de Caesare* 'mori se quam timere velle', *Plut. Caes.* 57. *Versum Laberianum Publilio tribuit Joannes Saresb. Policr.* 8, 14. *De mor.* 62 'Qui a multis timetur, multos timet', *Auson. VII Sap. Periand.* 'Multis terribilis timeto multos', *Solon ap. Anton. Meliss. serm.* περὶ βασιλέως, *Orell. opusc. mor.* 1, 162, 19 339 *EC* 340 nubit *F:* nubet *PR;* nubit multis, multis non placet *Erasmus* 341 malevolus *editores* 342 *Cf. v.* 657 343 c. m. est *Gruter*, est c. m. *Bothe* 344 Metam *Mähly*, metus *Meyer. Cf. Sen. de ira* 2, 31, 5 'Ubi maxime gaudebis, maxime metues'. 345 *Cf. v.* 224 346 magna est cum crimen adfert indignatio *Bothe* 347 etsi . . pote *Gruter:* etiam si . . potest *F*, potest tam *coni. Bothe.*

Digitized by Google

Mage valet, qui nescit quod calamitas valet.
Mora cogitationis diligentia est.
Multa ignoscendo fit potens potentior.
Multis placere quae cupit, culpam cupit.
Minimum eripit fortuna, cui minimum dedit.
Meretrix est instrumentum contumeliae.
Malus bonum ad se numquam consilium refert.
Manifesta causa secum habet sententiam.
Multorum calamitati vir moritur bonus.
Metus improbos compescit, non clementia.
(Muneribus non lacrimis meretrix est misericors.)
(Metuendum semper esse scias, quem tutum velis.)
Mórs infanti félix, iuveni acérba, sera nimís seni.
Malam rem cum velis, honestatem improbes.
Malum est consilium, quod mutari non potest.
Malitia unius cito fit maledictum omnium.
Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.
Misera est voluptas, ubi pericli memoria est.
Male vincit is, quem paenitet victoriae.

CODICES v. 341—376: *F* (*T*)

348 mage *Gruter:* magis *F* quod *F:* quid *editores* * calamitas valet: v. c. *F*, c. quid v. *Gruter*, quid valeat calamitas *Maehly. Cf. pg.* 54 349 *Cf. v.* 311 diffidentia *coni. Gruter* 350 *Aliter v.* 394. 528. 535. 592. 645 351 *Cf. v.* 340. 532 culp. cupit *ed. Bip.:* c. capit *F* 352 *Seneca epist.* 59, 13 'quod non dedit fortuna, non eripit'. *de const. sap.* 5, 4 'nil eripit fortuna, nisi quod dedit'. cui *Bentleius:* cum *F* 353 est instr. *Gruter:* instr. est *F* 356 calamitati *Ribbeckius:* calamitate *F* 357 *Cf. v.* 494. 553 358 *Cf. pg.* 56. *Creticum dimetrum dicit Spengelius in Caecil. p.* 7, muneribus meretrix tangitur, non lacrimis *Bothe* 359 *Cf. v.* 9. 116. 519 Metuendum semper est ei, quod t. v. *Gruter* 360 *Sentent. Rufi.* (*e cod. Paris. lat.* 4841, *saec. IX*) 'Mors forti lévis, servienti optata, obtabilis inmatura' (*cod.* inmutatura). sera nimis *Gruter:* nimis sera *F* 362 *Gellius* 17, 14, *Joa. Saresb. Policr.* 8, 14, *C* 363 *Sen. Phaedr.* 573 (= *Hippol.* 563) 'Cur omnium fit culpa paucarum scelus?' 364 *Cf.* 205 omnes v. m. *Ingolst.* m. v. o. *F*, v. o. m. *Bothe* 365 *Cf.* 521 pericli *Ingolst.* periculi *F* 366 is quem (*cf. v.* 82, 174) *Gruter:* quem *F*, *fortasse* quem post *cl. v.* 111. 196. 271, quem mox *Halmius;* male vincit audaciam, quem poenitet victoria *T*

Digitized by Google

Misericors civis patriae est consolatio.
Malitia ut peior veniat, se simulat bonam.
Malus animus in secreto peius cogitat.
Mutare quod non possis, ut natum est, feras.
Multa ante temptes, quam virum invenias bonum.
Miserrimum est arbitrio alterius vivere.
Mansueta tutiora sunt, sed serviunt.
Mala mors necessitatis contumelia est.
Minus saepe pecces, si scias quod nescias.
Malus quicumque in poena est, praesidium est bonis.
Nil agere semper infelici est optimum.
Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.
Nil proprium ducas, quidquid mutari potest.
Non cito ruina opteritur, qui rimam timet.
Núllus est tam tútus quaestus, quám quod habeas párcere.
Néscias quid óptes aut quid fúgias: ita ludít dies.
Numquam periclum sine periclo vincitur.

CODICES v. 341—376: *F*(*T*), v. 377—386: *PRF* (*TEC*)

367 *Cf.* 471. 475 368 *Cf. v.* 61 369 *Cf. v.* 457 370 *Cf. v.* 176 Mutare (*sic: non* mutari) q. n. potis est *Gruter in edit. a.* 1610, *versus desideratur in ceteris edd.* 371 temptes *restitui ex F:* tempus *editores* 372 arb. alterius *Gruter:* alt. arb. *F* 374 *Cf. Seneca epist.* 70, 20: 'hoc fuit morti contumeliam facere.' 375 quod *F:* quid *editores* 376 *Cf. v.* 536 377 nil *Ingolst.:* nihil *LC* infelici *C Erasmus:* infelicis *PRF*, felicis *Bern.* opt. est *C* 378 nil *Erasmus:* nihil *LEC* peccant *EC* animus oculis *PRE Erasmus:* oc. an. *FC vulgo*, illis an. *Mähly* imperat *RC* 379 nil *Erasmus:* nihil *LC* ducas *PR Vinc. Bell. sp. d.* 5, 76, *ut infra v.* 423: dicas *FC; cf. Sexti sent.* 71 (*Orelli, opusc. mor.* I, 252) 'Hoc solum tibi proprium dicito (*sic cod. Paris.* 2676, *saec. IX*), quod bonum est.' quicquid *PR:* quod *FC Vinc.* potest *RFC Vinc.:* possit *P*, quod m possiet *Erasmus* quod mutarier potest *Pithoeus* 380 * opteritur (teritur? premit...): peritur *Pb*, opprimitur (*omisso* ruina) *T*, perit vir *PaRF*, perit *C*, perit is *vulgo* rimam *Pb:* primam *PaR*, ruinam *TFC* 381 * tam tutus, *possis etiam* tam certus: tantus *LC; cf. Proleg. pg.* 54 parcere *Ingolst.:* carcere *R*, arcere *PFC*, carere *Bern. supra scr. Panthaleon* 382 *C* au quid *R* 383 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Joa. Saresb. Policr.* 8, 14 periclum, periclo *Gellius:* periculum, periculo *LEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 73

Digitized by Google

Núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possís queri.
Núsquam melius mórimur homines, quam úbi libenter víximus.
Negandi causa avaro numquam deficit.
Prov. *Nondum felix es, si nondum te turba deridet.*
Nam etsi nullos inimicos tibi faciat iniuria, multos tamen facit invidia.
Non aspicias quam plenas quis deo manus, sed quam puras admoveat.
Non enim aliter, nisi optimus animus, pulcherrimus dei cultus est.
Non vivas aliter in solitudine, aliter in foro.
Nihil petas, quod negaturus es.
Nihil negabis, quod petiturus es.
Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.

CODICES v. 377—386: *PRF* (*TEC*), Proverb.: *PRF* (*EC*), *M* = Anonymus de moribus.

384 fort. est *F*, est *om. Vinc. Bell. sp. d.* 5, 126 *idemque* de *om.* nil *F*, *Erasmus:* nihil *PR Vinc.* non *Bern.* queri *Erasmus:* quaeri *PRF*, conq̄ri *Bern. Caec. Balb. Monac.* 17, 2, *pg.* 26 'nulla tam bona est uxor (*fuitne* fna, *i. e.* femina?), in qua non invenias quod queraris' 385 numquam . . quam cum *C*, numquam . . vivimus *Bothe* 386 avaro *PRFEC Vinc. Bell. sp. d.* 4, 144, *sed F infra post v.* 422 *iterum:* N. c. avarum n. facit, *unde Ribb. recepit* avarum *Proverb.* 1 si non *M* 23 te *om. Vinc. Bell. sp. d.* 4, 83 deriserit *M*, *quo leni transpositione efficitur v. trochaicus:* N. f. es, si nondum turba te deriserit 2 Nam] *male adnectitur priori sententiae; om. M* 26 faciat *PR*, *etiam M in quo praecedit* et si: facit *F Vinc. Bell. sp. d.* 4, 83 iuria *R* multos] Nonnullos *F in principio versus* 3 quis *C Vinc. Bell. sp. d.* 4, 31: quisque *PRF* sed] Notes sed *F initio versus* afferat et admoveat *Vinc.* offerat *C* 4 *Menand. Monost.* 246 θυσία μεγίστη τῷ θεῷ τὸ γ' εὐσεβεῖν enim *om. F* aliter *PR*, Non aliter p. dei cultus est animus | Nisi fuerit optimus *F*, alter *Vinc. B. sp. d.* 4, 31; *an* alius? cultor *M* 28 vives *M* 32 6 non, *supra scr. prima manu* ł nichil *E* neg. fuisti *M* 33 7 neges, *supra scr. pr. m.* ł negabis *E* es *F:* eris *PR*, fuisti *M* 33, sit (sis?) *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 53 8 *M* 44, *E Vinc. Bell. sp. d.* 4, 73 est magnum *Vinc.* despiciens *Pa:* dispiciens *RPb*, despicicas *F:* nisi animus (*sup. scr.* maiora vel magna) despiciens *E*, nisi an. despicientis *Vinc.* nisi magno animo

Digitized by Google

Prov. *Nihil prodest didicisse, bene facere si cesses.*
Nihil interest quo animo facias quod fecisse vitiosum est.
Nam facta cernuntur, animus non videtur.
Non quam multis placeas, sed qualibus stude.
Nequitia ipsa poena sui est.
Nam mala conscientia saepe tuta est, secura numquam.
Neminem cito accusaveris, neminem cito laudaveris.
Nullum putaveris esse locum sine teste.
Nulla pusilla domus, quae multos recipit amicos.
Numquam enim scelus scelere vindicandum est.
Naturam abscondit, cum improbus recte facit.
Non turpis est cicatrix, quam virtus parit.
Numquam ubi diu fuit ignis, defecit vapor.
Necesse est maximorum minima esse initia.
Non corrigit sed laedit, qui invitum regit.
(Nimia concedendo interdum stultitia fit.)

CODICES Proverb.: *PRF* (*EC*) *M*, v. 387—435: *F* (*T*)

despicias *vel* despicies *M* 9 discere, *sup. scr.* vel didicisse *E* si cesses *F Vinc. B. sp. d.* 4, 85: sic esses *E*, si cessis *PR* 10 *M* 3, *Vinc. B. sp. d.* 4, 106 'Seneca in libro de moribus: nihil . . . est.' 11 nam] quia *M* 3 12 *M* 8 nunquam multis *E* equalibus *E* studu *R* 13 *M* 64, *Vinc. B. sp. d.* 4, 106, *Sen. epistul.* 81, 22 'Attalus noster dicere solebat: malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.' *ibid.* 42, 2 'nec ulla maior poena nequitiae est, quam quod sibi ac suis displicet'. suis *F* 14 nam *om. M* 65 saepe] semper *cod. Paris.* 4841 *saec. IX* 15 accusaveris vel laudaveris *Vinc. B. sp. d.* 4, 92. 170, n. c. l. n. c. a. *M* 76, n. c. a. n. c. (vitu *sec. m. sup. scr.*) peraberis *cod. Par.* 4841 16 *M* 79 esse locum *PRF Vinc. B. sp. d.* 5, 35: locum esse *E cod. Paris.* 4841, s. t. l. esse *Vinc. B. sp. d.* 4, 92. 170 17 nulla pusilla *PRM* 136: non est pudica *F* quam *F* recepit *Pa* 18 enim *PRF: om. M* 139, *Vinc. B. sp. d.* 4, 133. 136 vincendum *codd. M; cf. Sen. Thyest.* 1107 'scelere quis pensat scelus?' 387 cum imp. recte *Bothe:* imp. c. r. *F*, c. r. i. *vulgo* 388 * t. est cicatrix: est t. c. *F*, est c. t. *Gruter* 389 defecit *Halmius:* deficit *cod. C et Gruter*, cecidit *F*, defuit *Ingolst.* occidit *proposui Philol.* 22, 457, concidit *H. Bruppacher Turicensis.* Numquam, diu ignis ubi fuit, defit vapor *Bothe* 390 * max. min. e. initia *cl. v* 548: min. e. max. vitia *F* (*cf. Sall. Cat.* 51, 12), *vulgo inter trochaicos* Esse necesse est vitia minima maximorum maxima 392 *Cf.* 180. 278 * stult. fit: fit st. *F. Versum eiecerunt inde a Grutero omnes*

Digitized by Google

Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet.
Nisi vindices delicta, improbitatem adiuves.
Nulli facilius quam malo invenias parem.
Nil non acerbum prius quam maturum fuit.
Nocere posse et nolle laus amplissima est.
Non vincitur, sed vincit qui cedit suis.
Necessitas dat legem, non ipsa accipit.
Nescio quid agitat, cum bonum imitatur malus.
Nulla homini maior poena est quam infelicitas.
Non novit virtus calamitati cedere.
Necessitas ab homine quae vult impetrat.
Necessitati quodlibet telum utile est.
Nocere casus non solet constantiae.
Non pote non sapere, qui se stultum intellegit.
Necessitas egentem mendacem facit.
Non facile solus serves, quod multis placet.
Necessitas quod poscit, nisi des, eripit.
Nocens precatur, innocens irascitur.
Nec vita nec fortuna hominibus perpes est.

CODICES v. 387—435: *F* (*T*)

393 nil *Ingolst.*: nihil *F* 'quam id quod *Bothe* 394 *Cf. v.* 535. 592. *Pseudosen. de mor.* 114 395 * invenias: invenies *F*; *cf. pg.* 60 396 nil *Ingolst.*: nihil *F* fuit *Gruter*: fit *F* (*non* sit), siet *Ingolst. Cf. pg.* 58 397 *Auson. VII Sapient. sent. Bias* 6. 7 'Quod prudentis opus? cum possis nolle nocere. Quid stulti proprium? non posse et velle nocere.' *Caecil. Balb. pg.* 21 *et* 38 'Plato dixit triumphum innocentiae solum esse non peccare ubi liceat posse.' *Menand. Monost.* 638 ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται amplissima est *Ingolst.*: est a. *F*, laudem sibi praeparat ampliorem *T* 398 *Calpurn. Flaccus decl.* 21 'cede fratri, cede vel patri. victor eris, si cesseris.' cedit suis *Gruter*: s. c. *F* 400 agitat *Bothe*: cogitat *F*; *cf. v.* 61 401 homini *reposui ex T* nulla est maior homini poena quam necessitas inopia: hominum *F*, *editores* 403 *Cf. v.* 399. 419. 428 406 pote *Ingolst.*: potest *F* 407 *Cf. v.* 147 408 *Cf. v.* 326 *et Hieron. in Jovinian. lib. I sub fin.* 'Difficile custoditur, quod plures amant.' serves solus *Bothe* 409 * nisi des: nisi dederis *F*, ni dederis *Ingolst.* nisi das *Gruter*; *cf. pg.* 50 410 *Cf. v.* 312 411 hom. perpes est *Gruter*: perpetua est h. *F*; nec vita hominibus nec fortuna perpes est *Fröhlichius*

Digitized by Google

Non semper aurem facilem facilitas habet.
Numquam non miser est, qui quod timeat cogitat.
Ni qui scit facere, insidias nescit metuere.
Negat sibi ipse qui quod difficile est petit.
Nimium altercando veritas amittitur.
Nullo in loco male audit misericordia.
Necessitas quod celat, frustra quaeritur.
Necessitas quam pertinax regnum tenet!
Nemo inmature moritur qui moritur miser.
Nocentem qui defendit, sibi crimen parit.
Nil non aut lenit aut domat diuturnitas.
Nil turpe ducas pro salutis remedio.
Noli contemnere ea, quae summos sublevant.
Nil aliud scit necessitas, quam vincere.
Nemo timendo ad summum pervenit locum.
Nisi per te sapias, frustra sapientem audias.
Necessitati sapiens nihil umquam negat.
Non facile de innocente crimen fingitur.
Nimium boni est in morte, cui nil sit mali.
Ní gradus servétur, nulli tútus est summús locus.
Nil est miserius, quam ubi pudet quod feceris.
Nec mortem effugere quisquam nec amorem potest.

CODICES v. 387—435: *F* (*T*)

412 facilitas habet *Meyer*, *quod commendatur v.* 178: h. facilitas *F*, h. felicitas *Gruter*, *de qua corruptela cf. ad v.* 278 413 timeat *Ingolst.*: timet *F* 414 ni *F*: nisi *editores*, *cf. pg.* 56 415 ipse *Ingolst. Caec. Balb. Monac.* 1, 13. *Paris.* 59, *pg.* 19. 41, *Vinc. B. sp. d.* 4, 51, *sp. hist.* 3, 58: ipsi *C*, *om. F*, *Walter Burley s. v. Socrates* 416 amittitur *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Joa. Saresb. Policr.* 8, 14: evertitur *F*, emittitur *Palat. Macrobii* 417 nullo *Ingolst.*: nullum *F* 421 sibi crimen *F*: cr. sibi *Ingolst.* sibimet crimen parat *T* 422 nil *Ingolst.*: nihil *F* 423 nil *Ingolst.*: nihil *FT* turpe *F*: turpius *T*, tempora *Ingolst.* dicas quod fit pro s. r. *T*, *cf. v.* 379 *et* 76 425 *Cf. v.* 399 nil *Ingolst.*: nihil *F* quam *Ingolst.*: qui *F* 427 *An* ni? 428 *Malim* nil; *cf. pg.* 56 330 nimium *Ingolst.*: nimirum *F* * boni est in morte, cui nil: est in m. b. cum nihil *F*; *cf. Ennius apud Cicer. de fin.* 2, 13, 41 'Nimium boni est, cui nil est [in diem] mali.' cum nil siet *Ingolst.* 431 *fortasse* serventur 432 nil *Ingolst.*: nihil *F*

Digitized by Google

Necessitatem ferre, non flere addecet.
Nusquam facilius culpa quam in turba latet.
Prov. *Omne peccatum actio est.*
Omnis autem actio voluntaria est, tam honesta quam turpis.
Omne ergo peccatum voluntarium est.
Omitte excusationem, nemo peccat invitus.
Odia multorum sub vultu, multorum sub osculo latent.
Omnia tamen pandentur, non dico si cecideris, sed si titubaveris.
Omnis affectus hoc habet, ut in quod ipse insanit, ceteros furere putet.
Omnes enim vitam differentes mors incerta praevenit.
Omnis itaque dies velut ultimus ordinandus est.
Oratorem te puta, si tibi ipsi quod oportet persuaseris.
Opinantur de te homines male, sed mali: displicere enim malis laudabile est.
Obiurgationi semper blanditiae aliquid admisce.
Odium oportet peccandi, non metum facias.

CODICES v. 387—435: *F* (*T*), Prov. *PRF* (*EC*), *M*

434 necessitatem ferri, non fleri decet *Fröhlichius* 435 * nusquam: nunquam *F*, *cf. v.* 448 Prov. 19 *M* 1 20 est *PEC*, *M* 1: *om. RF*, *cf. Sen. epist.* 66, 16 21 ergo] autem *Pa pr. m.*, *om. Vinc. B. sp. d.* 5, 18 22 o. igitur e. n. enim i. p. *Vinc.* 23 osculo *FC:* oscula *P*, occulto *Vinc. B. sp. d.* 4, 135, obsculta *R* 24 pandentur *PR Vinc. sp. d.* 4, 135: panduntur *FC* non *C Vinc.:* cum non *PRF* si cecideris *PaRF: in marg. Pa rasura*, qui si cecideris . . qui acciderís *Pb* titubaberis *R*, turbaveris *Godofr.* 25 * hoc habet ut in quod *cl. M* 35: habet ut in hoc quod *F*, habet ut in quod *PaR*, h. ut in quo *Pb* furere putet *F:* fureri reputet *PR ortum ex* fureri putet 26 omnes] multos *M* 10 enim *PRF: om. ECM, quo deleto in integrum restituitur tetrameter trochaicus* praevenit *Pa marg. pr. m. FC:* praeveniet *PaE*, qui praeveniet qui praevenit *Pb*, praevenet *R* 27 ordinandus *Pa corr. rec. m. PbRFEC:* ornandus *Pa*, iudicandus *M* 10 28 te puta *PaRFC*, *M* 14: reputa *Pa marg. pr. m.* qui deputa . . qui reputa *Pb* ipsi *PRC: om. F* 29 opinantur *PaRM* 40: opinatur *Pb*, opinentur *FC Vinc. B. sp. d.* 5, 67. *Est Senecae de remed. fort.* 7, 1 'Male de te opinantur homines. Sed mali . . . nunc malis displicere laudari est.' malum, si mali *Vinc.* displicere] *F in duas sententias dirimens:* Omnibus enim displ. 30 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 69, *M* 129 blandi *M* adnixae *R* 31 odium op. *C Vinc. sp. d.* 4, 106: odium oportit

Digitized by Google

Prov. *Optimum est semper ignoscere, tamquam si ipse cotidie peccs.*
Optimum est maiorum vestigia sequi, si recte praecesserint.
Omnis doctor in vitae ratione peccans turpior est,
Ob hoc quod in officio, cuius magister esse vult, labitur.
Omnis voluptas quemcumque arrisit nocet.
Officium benivoli animi finem non habet.
O vita misero longa, felici brevis!
'Obiurgari in cálamitate grávius est quam cálamitas.
O dulce tormentum, ubi reprimitur gaudium!
Omnes aequo animo parent, ubi digni imperant.
Occidi est pulchrum, ignominiose ubi servias.
O tacitum tormentum animi conscientia!
'Optime positum ést beneficium, ubi eíus meminit qui áccipit.
Obsequium nuptae cito fit odium paelicis.
Occasio receptus difficiles habet.
O pessimum periclum, opertum quod latet!
Omnes, cum occulte peccant, peccant ocius.

CODICES v. 436—449: *F* (*T*)

PR, odio oportet ut bonum *F* pec. terriculam non *Vinc.* metu *F* 32 *Plin. epist.* 8, 22, 2 'optimum existimo qui ceteris ita ignoscit, tamquam ipse cotidie peccet'. si *PREC Vinc. B. sp. d.* 4, 68: *om. F Plinius* 33 *Vinc. B. sp. d.* 5, 37 34 *Vinc. B. sp. d.* 5, 56 omnis . . . labitur 35 vult *om. R* 436 quamcumque, *i. e. quantumcumque coni. Casp. Orelli, an* cuicumque? 437 benevoli *editores* 438 *Seneca controv.* 7 (3), 18, *p.* 206, 19 *Burs. Apollonius ap. Stobae. floril.* 121, 34 βραχὺς ὁ βίος ἀνθρώπῳ εὖ πράττοντι, δυστυχοῦντι δὲ μακρός vita . . longa . . brevis *Seneca:* vitam . . longam . . brevem *F, cf. v.* 443 439 *Cf. v.* 86. 124 obiurgari *F, Bentl. ex coniectura:* obiurgare *T, Gruter* gravior *T* 440 * ubi: aequo ubi *F, corruptum ex v.* 441; torm. o d. aequo ubi *vulgo. At cf. v.* 438. 443. 447. 441 ubi dignus imperat *T, unde conicias* dignus ubi imperat, digni ubi *Gruter* 442 o. pulchrum est ubi ignominiose s. *F, emendavit G. Meyer* occidere *Bothe* p. ubi cum ignominia s. *Gruter* 443 *Cf. v.* 683 444 eius *Gruter: om. F*, ubi qui accipit meminerit *Bothe. Cf. v.* 624 445 fert *Bothe* 447 periclum *Gruter:* periculum *F* * opertum quod: quod opertum *F* 448 * cum o. p. peccant ocius: cum p. o. pacan-

Digitized by Google

Occasio aegre offertur, facile amittitur.

Prov. *Peccandi duo sunt genera, aliud ex proposito, aliud ex neglegentia.*

Plerique metu peccare cessant, non innocentia.

Profecto tales timidi, non innocentes dicendi.

Priusquam promittas deliberes, ut cum promiseris facias.

Prius si negaveris, fecisse postea fallere est.

Propter causam multa amico dabis, multae causae etiam contra amicum.

Pro eo religiosior eris, quo melior.

Praestabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.

Praestabis amicis fidem, omnibus aequitatem.

Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis.

Pecuniae imperare oportet, non servire.

Pecunia si uti scias, ancilla est, si nescias, domina.

Pecunia non satiat avaritiam, sed inritat.

Putandus est recte fortior qui cupiditates quam qui hostes

Peiora sunt tecta odia quam aperta.

Propterea te loquax inimicus minus quam taciturnus offendit.

Proximum ab innocentia tenet locum verecunda peccati confessio.

CODICES v. 436—449: *F* (*T*), Proverb. *PRF* (*EC*), *M*

tur citius *F*, ubi omnes peccant, spes querelae (medelae *Froehlich*) tollitur *T*. *Cf. v.* 435. 'Omnes cum peccánt occulte, péccant iterum cītius *Meyer* 36 unum ex prop. *Vinc. B. sp. d.* 4, 106, unum *sup. scr.* vel aliud *E* ex negl. vel fragilitate *F* 37 pl. vero metu *Vinc. sp. d.* 4, 106 38 profecto tales *FE Vinc.* 4, 106: profectu tales *R*, profectus talis *P* 39 deliberes] providere debes *Vinc. B. sp. d.* 4, 175 ut] et *M* 25 cum] quod *Vinc.* 41 propter] praeter *L* contra amico *PR* 43 44 *M* 30 dilectionem] indulgentiam *M* 45 *M* 34 46 *M* 58 47 pecunia *FEC Vinc. B. sp. d.* 4, 144: pecuniam *PR* nescias *PRE*: nescis *F Vinc.* 48 avaritiam *RM* 101: avaritia *P*, avarum *FE*, aurum *C* 49 *M* 81, *Vinc. B. sp. d.* 4, 144. 5, 25 subicit] vicerit *Vinc.* 5, 25, *an* subigit? quam qui *MF*: tamquam *PRE*, put. est fortis qui subicit vitia quasi hostes *C* 50. 51 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 135, *M* 52 perniciosiora *cod. Paris.* 4841 odia *om. Vinc.* propterea] itaque *M* tacitus *M* 52 ab innocentia *PbRE*: ad innocentiam *F Vinc. B. sp. d.* 5, 22

Digitized by Google

Plerique cum stultis maledicunt, ipsi sibi convicium faciunt.
Perturpe est enim, quod obicitur in obiciente cognosci.
Pulcherrimum est omnia praestare nihil exigentem.
Principium discordiae est, aliquid ex communi suum facere.
Plerique famam, conscientiam pauci verentur.
Probus libertus sine natura est filius.
Prodesse qui vult nec potest, aeque est miser.
Pericla timidus etiam quae non sunt videt.
Pudor doceri non potest, nasci potest.
Plus est quam poena sine re miserum vivere.
Pudorem alienum qui eripit, perdit suum.
Patientia animi occultas divitias habet.
Peiora multo cogitat mutus dolor.
Pecunia una regimen est rerum omnium.
Pudor dimissus numquam redit in gratiam.
Perdendi finem nemo nisi egestas facit.
Poena ad malum serpendo, cum properat, venit.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), *m*, *v.* 450—500: *F* (*T*)

quam innocentia *Pa*, innocentiae *M* 94 locum tenet *F Vinc.* conversio *R* 53 plerique] multi *M* 115 stultis] aliis *M* ipsi *PRF Vinc. sp. doctr.* 4, 172: ipsis *M*, *om. C* convitia *Vinc.* 54 perturpe] nihil turpius quam *M* 116 in abiciente *E*, inobedienter *R*, inobedientiae *Vinc.* 55 *Vinc. B. sp. d.* 4, 50 exigenti *Godofr.* 56 *Vinc. B. sp. d.* 4, 135. 144, est qui a. ex c. suum facit proprium *E* 57 *om. F; est Plinii epist.* 3, 20, 8 'Multi f. c. p. v.' *Cf. Caec. Balb. Par.* 65, *pg.* 42 450 sine *Ingolst.* si *F* 451 est *Ingolst. om. F, aliter distinxit Bothe* nec potest aeque, est miser 452 pericla *Bentleius*: pericula *F* 454 re *Ingolst.*: rem *F; an* spe? 455 *Cf. v.* 576 456 occultas divitias *a Bothio ex coni. restitutum firmatur codice F*: div. occ. *vulgo* 457 multo *Tzschuckius*: multa *F*, arguto *Halmius*, querulo *Bentleius*, ultore *Antonius*, uultu *Casp. Orelli*, multiloquo agitat *Zellius* 458 *Cf. Euripides* χρυσὸς γὰρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη. una *Gruter*: *om. F; an* summum? unum? est regina *Ingolst.* rerum est *Gruter* 459 *Cf. Sen. Agam.* 113 'Periere mores ius decus pietas fides Et qui redire, cum perit, nescit pudor.' 460 egestus *proposuit Gruter; cf. Verg. Aen.* 6, 276. *Sil. Ital.* 13, 585 461 serpendo *proposuit Bothe*: serpentia *F*, serpens *Ingolst.* * cum properat: cum proterat *F*, ut proterat *vulgo*, serpenti accipiter, advenit *i. e. velut s. a. G. Christius. Sententia est: poena plerumque scelus non statim sequitur, sed si vel propere venit, obrepit improbo. Cf. Hor. carm.* 3, 2, 31. *Tibull.* 1,

Digitized by Google

Plus est quam poena iniuriae succumbere.
Pro medicina est dolor, dolorem qui necat.
Patiens et fortis se ipsum felicem facit.
Prospicere in pace oportet, quod bellum iuvet.
Parens iratus in se est crudelissimus.
Perdit non donat, cui donat nisi est memor.
Probi delicta cum neglegas, leges teras.
Pars benefici est, quod petitur si belle neges.
Properare in iudicando est crimen quaerere.
Populi est mancipium, quisquis patriae est utilis.
Per quae sis tutus, illa semper cogites.
Perfugere ad inferiorem, se ipsum est tradere.
Peccatum amici veluti tuum recte putes.
Potens misericors publica est felicitas.
Praesens est semper, absens qui se ulciscitur.
Perfacile felix quod vota imperant facit.
Poenam moratur improbus, non praeterit.
Pérdidisse [honéste] mallem, quam áccepisse túrpiter.

CODICES v. 450—500: *F* (*T*)

9, 4. Poena ad m. sero pede, at certo venit *Maehly* 463 est dolor *Ingolst.*: d. est *F* dolorem qui *Gruter*: qui dolorem *F*; est dolorem qui dolor enecat *Bothe* 464 *An* sapiens et fortis? *Cic. Tusc.* 3, 7, 14. *Hor. Sat.* 2, 1, 16. *Caec. Balb. Monac.* 2, 2. *pg.* 20 465 in pace op. *Gruter*: op. in p. *F* quod] quid *editores*; *cf. pg.* 54 *Ad sententiam cf.* 'Si vis pacem, para bellum.' 467 cui *Bothe*: qui *F*, quoi *Ribbeckius* donat *Gruter*; dat *F* memor *Ingolst.*: memoria *F*. Perdis, non donas, nisi sit cui donas memor *Bothe* 468 probi *Ingolst.*: probe *F* * cum neglegas, leges teras: cum legas deteras *F*, iudicum leges terunt *vulgo*, *an* probi delicto ignoscens leges deteras? dissolvitur protinus lex, cum fuerit misericors iudex *T* 469 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Ioa. Saresb. Policr.* 8, 14 benefici *Bentleius*: beneficii *F* belle] bene *Erasmus*, cito *Macrobius*, *sed cf. pg.* 56. Non leve beneficium praestet, qui de brevi renuntiat *T* 470 est crimen *Ingolst.*: cr. est *F* 474 *Cf. v.* 10 veluti *Ingolst.*: velut *F* 475 *Cf. v.* 467 476 *Cf. v.* 552. 673 * absens qui se: qui absens *F*, qui absens etiam *Gruter* 477 vota] fata *coni. Ingolst.* impetrant *Gruter*: p. f. quod facit impetrat *Bothe* 478 moratur *Ingolst.*: orat *F* 479 * [honeste] *cl. v.* 207: *om. F* * accepisse: accipere *F*. *Cf. Hesiod. Op.* 352 μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτῃσιν. *Caec. Balb. Monac.* 1, 3. *pg.* 18 'Lucrum turpe ut dispendium fugito'

Digitized by Google

Paucorum est intellegere, quid donet dies.
Perenne coniugium animus, non corpus facit.
Pereundi scire tempus assidue est mori.
Potenti irasci sibi periclum est quaerere.
Peccare pauci nolunt, nulli nesciunt.
Paucorum improbitas universis calamitas.
Pro dominis peccare etiam virtutis loco est.
Patiendo multa veniunt, quae nequeas pati.
Paratae lacrimae insidias, non fletum indicant.
Peccatum extenuat, qui celeriter corrigit.
Pudorem habere servitus quodammodo est.
Pote . . . in adversis numquam felicitas.
Prudentis vultus etiam sermonis loco est.
Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.
Pudore quem non flectis, non frangit timor.
Poena allevatur, ubi relaxatur dolor.
Plures tegit fortuna, quam tutos facit.
Post calamitatem memoria alia est calamitas.

CODICES v. 450—500: *F* (*T*)

480 * donet: det *F*, cui det *Gruter*, celet *Ribbeckius*, doceat (dies) *C. Meiser; cf. ad v.* 467 * dies *cl. v.* 137: deus *F* (*eadem corruptela v.* 632); decet deos *Ingolst.* 482 p. t. s. est mori frequentissime *T* 483 periclum *Bentleius:* periculum *F;* petit qui irascitur periculum sibi generare *T* 484 multi *coni. Gruter cl. Sen. epist.* 90, 46 'multum interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat. etc.'
485 calamitas *Ingolst.:* est cal. *F* 487 patiendo] *Cf. v.* 238. 535. Patienda *G. Meyer*, patiendo m. haud v. *Mähly* 488 luctum *Bothe* 489 qui de brevi commissum commendat (*leg.* emendat) *T*
490 *Cf.* 583 491 pote *vel* potest . . *scripsi:* potest ultus *F*, *corruptum ex v.* 492; perit omnis *Mähly*, potentia *Ingolst.* patiens *Pithoeus* 492 prudentis vultus *coni. Gruter:* prudenti stultus *F*, prudenti vultus *Bothe* loco est *coni. Gruter:* iocus est *F; cf. v.* 486 494 * pudore quem non flectis (flectas?): pudor q. n. flectit *F*, p. q. nullus flectit *Mähly*, p. q. non reflectit *Bothe*, p. quemcunque non flectit, frangat t. *Gruter. Cf. v.* 553, *supra pg.* 58 *et Terent. Adelph.* 1, 1, 32 'Pudore et liberalitate liberos Retinere satius esse credo quam metu.' 495 allevatur *Gruter:* levatur *F* ubi relaxatur *Halmius:* ubi laxatur *F*, tunc ubi l. *vulgo* 496 legit *Bothe* facit *Ingolst.:* faciat *F* 497 *Menand. Monost.* 435 οὐ χρὴ φέρειν τὰ πρόσθεν ἐν μνήμῃ κακά.

Digitized by Google

Pro bona fama maxima est hereditas.
Pericla qui audet ante vincit, quam accipit.
Perpetuo vincit, qui utitur clemencia.
Prov. *Quidam quosdam occidit inimicos, non quia meruerant, sed quia habebat.*
Quam iniquum est nocuisse, quia oderis laedere.
Quantum iniquius odisse, quia laeseris.
Quam magnarum virium est neglegere laedentem.
Qui enim vindicat, sentit.
Quid sis interest, non quid habearis.
Quamvis agas, ut ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen semper qui oderint.
Quam magnum est non laudari et esse laudabilem.
Qui succurrere perituro potest, cum non succurrit, occidit.
Quid est homini inimicissimum? alter homo.
Quae sunt maximae divitiae? non desiderare divitias.
Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.
Quid est dare beneficium? imitari deum.
Quis est pauper? qui sibi videtur dives.

CODICES v. 450—500: *F* (*T*), Proverb. *PRF* (*EC*)

498 *Cf. v.* 62. 83. 217. *Menand. Monost.* 285 καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε 499 pericla *Bothe:* pericula *F* qui audet] timidus *Bothe* 500 *Caec. Balb. Monac.* 48, 7, *pg.* 34 'Clementia perpetuo vincit qui utitur.' perpetuo *Pithoeus*, *Ingolst.:* perpetue *F* 58 occidit *PR:* occidunt *F* * non . . . habebat: non quia habebat (*PR;* habebant *F*, habeant *Godofr.*), sed quia meruerant (*sic F*, meruerat *PaR*, mererat *Pb*, meruerunt *Godofr.*) *L* 59 inimicum est n. vel q. *Godofr.* 50 *Cf. Tac. Agr.* 42 'proprium humani ingenii est odisse, quem laeseris.' quantum *L: malim* quanto *cum Godofr.* iniquius *PaR:* iniquus *F*, iniquum est *PbC* 61 quam *om. M* 22 63 *Vinc. Bell. sp. d.* 5, 67, *M* 21 quis sis *R* 64 quamvis *L. Vinc. B. sp. d.* 4, 135: id *M* 26 erunt] Quaerunt *F initio versus* oderunt *R* 65 *EC Vinc. Bell. sp. d.* 5, 69, *M* 38 quam magnum] bonum *M* non] velle *C* 66 *Vinc. B. sp. d.* 4, 67 odit *F* 67 hom. inim. *PRE*, *M* 5: in hom. *FC* 68 magnae *M* 45 69 quis *om. Vinc. B. sp. d.* 5, 77 is *om. Vinc. B. sp. d.* 5, 76, *M* 46 70 *M* 47 71 dives *PRF Vinc. B. sp. d.* 5, 76: dives non videtur *C*, *rectius om. M* 60. *Cf. Sen. rem. fort.* 10, 1 'pauper es, quia videris', 16, 10 'felix est, non qui aliis videtur, sed qui sibi.'

Digitized by Google

Prov. *Quidam inimici graves sunt amici leves.*
Quietissime viverent homines, si duo verba tollerentur: meum et tuum.
Qui paupertatem timet, quam timidus est!
Quod tacitum esse vis, nemini dixeris,
quia non poteris ab alio exigere silentium, si tibi ipse non praestas.
Qui servis crudelis est, ostendit in alios non voluntatem sibi deesse, sed potestatem.
Qui ob hoc iniuriam facit, quia potest, cito desinit, quia fecit.
Quid dulcius quam habere, cum quo omnia audeas;
quem sic credas, ut te; cui sic loquaris quasi tecum.
Quanti tales amicos habere voluerunt, et ipsi tales esse non possunt.
501 Quamvis non rectum, quoad iuvat, rectum putes.
Quidquid nocere didicit, meminit cum potest.
[Qui metuit calamitatem, raro accipit.]
Quam miserum est mortem cupere nec posse emori!
505 Qui pro innocente dicit, satis est eloquens.
Qui cum dolet blanditur, post tempus sapit.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), v. 501—568: *F* (*T*)

72 amici] inimici *F* 73 quietissime *FC Vinc. B. sp. d.* 4, 135. 5, 77: quietissimi *PR*, quietissimam vitam agerent *M* 98 tollerentur *PR Vinc. M:* tollerent *FC* 74 timidus *F Vinc. B. spec. doct.* 5, 77: timendus *PRC*, *M* 99 76 quia non *PRF:* quomodo *EC*, *M* 16 ipse *PRC:* ipsi *FE Vinc. B. sp. d.* 4, 92, *M* 16 77 servis *LEC:* in servos *M* 131, in servo *cod. Paris.* 4841 * in alios: in aliis *L Vinc. B. sp. d.* 5, 17, adversus alios *M*, adversus alium *cod. Par.* 4841 78 desinet *Godofr.* quia fecit] *vix integrum est.* 79 dulcius *PREC Vinc.* 5, 83, *M* 20: stultius *F* habere amicum cum *M* audeas *PRE Vinc.:* audias *F*, loqui audeas *C omisso v.* 80, audeas ut tecum omnia sic loqui *M* 80 quem . . te *PRF Vinc.:* cui . . tibi *E* 81 et *PRE Vinc.:* Qum *F* 501 * quoad iuvat *vel* quo ad iuvat: quod adiuvat *F*, quod iuvat *Gruter. Ceterum* iuvat *nolim interpretari* 'voluptatem parit', *ut v.* 344. 514, *sed potius:* in quantum prodest *vel* auxilium adfert. 503 rarius *Ingolst.* cal. met. is raro *Bothius. Cf. v.* 607. 499. 542. 504 emori *Ingolst.* mori *F*

Digitized by Google

Quod timeas citius quam quod speres evenit.
Quod vult cupiditas cogitat, non quod decet.
Quidquid conaris, quo pervenias cogites.
Qui bene dissimulat, citius inimico nocet.
Quod semper est paratum, non semper iuvat.
Quodcumque celes, ipse tibi fias timor.
Qui iusiurandum servat, quovis pervenit.
Quod aetas vitium posuit, aetas auferet.
Quemcumque quaerit calamitas, facile invenit.
Quod periit quaeri pote, reprendi non potest.
Quam miserum officium est, quod successum non habet!
Quam miser est, cuius ingrata est misericordia!
Quam miserum est cogi opprimere, quem salvum velis!
Quem fama semel oppressit, vix restituitur.
Quod vi contingit, vix voluptatem parit.
Quam miserum est, id quod pauci habent amittere!
Qui in vero dubitat, male agit cum deliberat.
Qui timet amicum, amicus ut timeat docet.
Quoí quid vindicándum est, omnis óptima est occásio.
Quam miserum auxilium est, ubi nocet quod sustinet!
Qui pote consilium fugere, rapere idem potest.

CODICES v. 501—568: *F* (*T*)

511 iuvat *Ingolst.*: vivat *F*; *cf. v.* 572 512 *Versum omisit editor Ingolst. unde deest in omnibus editionibus.* celes] *de coniunctivo in secunda persona cf. v.* 530; caeles *F* 515 quoscunque c. q. f. repperiet *T* 516 periit *et* pote *Gruter*: perit, potest *F* reprendi *Ingolst.* reprehendi *F* non] haud *Ingolst.* 517 officium est *Gruter*: est off. *F*, officium *Ingolst. At cf. v.* 504. 518. 519. 522. 526. 546. 549. 555. 560. 562. 518 miser *Ingolst.*: miserum *F*, *corruptum ex v.* 519 cui *Gruter* mis. est *Ingolst. vulgo* 519 quem *Ingolst.*: quam *F*; *cf. v.* 359 521 * vi contingit vix: vi contingitur *F*, *mala caesura*, vix contingit, vix *Gruter*, vix contingit, ut *Bothius*, vix contingit quam *coni. J. Casp. Orellius.* *Cf. v.* 365 524 *Cf. v.* 540 docet] facit *Bothe* 525 Quoi quid *scripsi cum Ribbeckio, ne versus loco moveretur*: quicquid *F*, cui quid *Gruter* omnis *Gruter*: *om. F* occasio est *Ingolst.* o. ei occ. est *Ribbeckius*, o. illi occ. est *T. Faber* 526 *Cf. v.* 555 527 pote *Gruter*: potest *F* consilio furere *Bothe* * rapere: sapere *F*, capere *coni. Gruter.* *Cf. Jul. Capitol. Max. et Balb.* 2 'consilia rapienda, non quaerenda', *Cacc. Balb. Mon.* 29, 2 *pg.* 29 'occasionem non

Digitized by Google

Qui ulcisci dubitat, improbos plures facit.
Qui obesse, cum potest, non vult, prodest tibi.
Quidquid bono concedas, des partem tibi.
Quod nescias cui serves stultum est parcere.
Quae vult videri bella nimis, nulli negat.
Qui debet, limen creditoris non amat.
Qui pote transferre amorem, pote deponere.
Qui culpae ignoscit uni, suadet pluribus.
Quidquid probis eripitur, improbis datur.
Qui sibi non vivit, aliis merito est mortuus.
Quidquid fit cum virtute, fit cum gloria.
Qui expectat ut rogetur, officium levat.
Qui timet amicum, vim non novit nominis.
Qui pote celare vitium, vitium non facit.
Qui omnes insidias timet, in nullas incidit.
Quam malus est, culpam qui suam alterius facit!
Qui docte servit, partem dominatus tenet.
Qui se ipse laudat, cito derisorem invenit.
Quam miserum est, bene quod feceris factum queri.
Quam felix vita transit sine negotiis!

CODICES v. 501—568: *F* (*T*)

accipi, sed rapi oportere', *Hor. Epod.* 13, 4, *Sen. epist.* 70, 24 528 *Cf. v.* 285, *proverb.* 66 dubitat ulcisci *Gruter* 529 tibi *Halmius*, *quod simili exitu versus sequentis haustum esse videtur: om. F;* prodest, quicunque obesse non vult, cum potest *Gruter* 530 concedis *Ingolst. at cf. v.* 512 * des: das *F; cf. pg.* 60 532 nimis nulli *Gruter:* nimium illi *F* 534 pote . . . pote *Gruter, ut v.* 527: potest . . . potest *F* 535 culpae ign. uni *Gruter:* uni c. ign. *F*, unius c. i. *Ribbeckius* 536 * probis *seqq.:* quicquid improbis er. datur probis *F; om. editores. Cf. Pseudosen. de mor.* 114, *Cleobulus apud Ausonium*, *VII Sap.* 537 sibi non (*i. e. ne sibi quidem*) *F:* sibi minime *T*, sibi modo *coni. Gruter coll. Menandri Monost.* 585 τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν μὴ σεαυτῷ ζῆν μόνον; al. mer. *Bothe:* m. a. *F* mer. multis occumbit *R* 539 spectat *Gruter* 540 *Cf. v.* 524 541 pote *Gruter:* potest *F* vitium, vitium *Gruter:* vitium *F;* qui non potest c. v. non f. *G. Meyer* 542 *totidem verbis codex* π, qui ins. plus t. capitur minus *T*, qui t. i. o. n. i. *Gruter. Cf. v.* 116. 607 544 *Cf. v.* 661 *et Caec. Balb. Mon.* 18, *pg.* 26 'Parere scire cum imperante aequalis est gloria' 545 ipse *Bentleius:* ipsum *F* 547 * quam felix *etc.:* quam est f. v. quae sine n. t. *F* · q. f. v.

Digitized by Google

Quidquid futurum est summum, ab imo nascitur.
Quam miserum est, ubi consilium casu vincitur!
Quidquid fortuna exornat, cito contemnitur.
Quidquid plus quam necesse est possideas, premit.
Qui pote nocere, timetur cum etiam non adest.
Quém bono tenére non potúeris, contineás malo.
Quod senior loquitur, omnes consilium putant.
Quam miserum est, ubi te captant, qui defenderint!
Quod quisque amat, laudando commendat sibi.
Quem diligas, etiam queri de ipso malum est.
Qui venit ut noceàt, semper meditatus venit.
Quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor?
Quam miserum est, cum se renovat consumptum malum!
Quánto seriús peccatur, tánto incipitur túrpius.
Quam miser est, qui excusare sibi se non potest!
Quo caveas, cum animus aliud, verba aliud petunt?
Qui invitus servit, fit miser, servit tamen.
Quod est timendum decipit, si neglegas.
Quid tibi pecunia opust, si ea uti non potes?
Quod fugère credas, saepe solet occurrere
Quamvis acerbus, qui monet, nulli nocet.

CODICES v. 501—568: *F* (*T*)

quae abiit s. n. *Bothe*. *Cf. Hor. Epod.* 2, 1; *de pronomine relativo addito pg.* 50 551 * possideas: possidetis *F*, *unde Grut. inter trochaicos recepit*: q. est p. q. n. possidentes deprimit. *Cf. pg.* 61 552 *Cf. v.* 476 pote *Ingolst.*: potest *F* adest] nocet *Gruter* 553 *Cf. v.* 357. 495 *et Quintil. inst. or.* 12, 7, 3: 'qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur' hunc teneas *Gruter* 555 *Cf. v.* 526 captant *Gruter*: capiant *F*, *an* capiunt? *indicativum tuentur v.* 526. 549. 560 defenderint *Ingolst.*: defendert *F*; defenderent *G. Meyer*, quos defenderis *Bothe* 557 delegisti, queri etiam de illo *Bothe* 559 nisi *F*: si non *Orelli*, *contra metrum* 560 *Cf. v.* 497 561 incipitur turpius *Gruter*: turp. inc. *F*; *cf. Sen. epist.* 13, 17 563 * quo caveas: quo cavetis *F*, quo cavet is *vulgo*, quo caret is *Ribbeckius*, qui caveris *coni. Orelli adversante metro*, qui caveas *Bothe* aliud animus *Bothe*; *cf. v.* 216 et servit *Ribbeckius* 566 opus est *F* si ea *F*; si *Ribbeckius*, si ea *omisso* est *Bothius* 567 *Cf. Liv.* 8, 24, 4 568 acerbus *Ingolst.*: ac. est *F*; *cf. v.* 255. 501

Digitized by Google

Prov. *Repelli se homines facilius quam decipi ferunt.*
Respue crudelitatem et matrem crudelitatis iram.
Re vera memoria beneficiorum fragilis est, iniuriarum tenax.
Ridiculum est odio nocentis innocentiam perdere.
Res vera est, qui a multis timetur, multos timet.
Regibus peius est multo quam servientibus:
re vera, quia illi singulos, isti universos timent.
Res ipsa ut praestare possimus efficiet, si polliceri properamus honesta.
Rem maximam promittit tibi sapientia, ut te reducat tibi.
Recta ingenia debilitat verecundia, prava confirmat audacia.
Res optima est non sceleratos exstirpare, sed scelera.
Recte parem et inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam.
Res magnae clementiae est, indulgendo corrigere peccata quam vindicando.
Ratione, non vi vincenda adulescentia est.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), *M*, v. 569—583; *F* (*T*)

82 despici *C* 83 respice *E* matrem *PRFEC Vinc. B. sp. d.* 4, 133. 136: ministram *M* 31. *Cf. Quint. inst. or.* 9, 3, 89 'crudelitatis mater est avaritia', *et inc. trag. apud Rutil. Lup.* 2, 6, *pg.* 15 *Halm. Mus. Rhen.* 1868, *pg.* 692 84 re vera] nam *M* 128 beneficiorum *PRC Vinc. B. sp. d.* 4, 54. 135: beneficii *F* fragilis *PRF Vinc.*: facilis *vulgo M*, brevis *C* 85 *C Vinc. B. sp. d.* 4, 74. 136, *M* 61 res vera est *FE*: res et vera est *PR*, re vera *Vinc.* 4, 74 *ut prov.* 84, 88, *om. Vinc.* 4, 136, *M*. *Cf. v.* 338 87 *Cf. v.* 322 regnantibus *M* 141 est *PREC*: *om. F* 88 sing. illi *F* 89 si promittamus h. *C* 90 prom. tibi *PRC Vinc. B. sp. d.* 9, 41: tibi *om. F* 91 verecundia *PRC*: iracundia *Vinc. B. sp. d.* 4, 133, sapientia *F*, *corruptum ex v.* 90 prava *PR Vinc.*: parva *F*, perversa *C* 92 *Vinc. B. sp. d.* 4, 136 exstirpare scel. *F*; stirpare *PR*, exurpare *E*, rumpere *Vinc. B. sp. d.* 4, 66 excelera *Pb* 93 *Plinius epist.* 6, 17, 4 'lauda vel inferiorem vel superiorem vel parem . . . quia pertinet ad tuam gloriam'. parem *Plinius*, *Vinc. B. sp. d.* 5, 69: parentem *PRFC* 94 *Vinc. B. sp. d.* 4, 68 indulg. magis c. *F* corrigere *PbC Vinc.*: corregere *PaR*, corripere *F*, dimittere, *sup. scr.* vel corrigere *E* peccata potius quam *Vinc.* 569 adolescentia est *Ingolst.*: est ad. *F*

Digitized by Google

Rei nulli prodest mora nisi iracundiae.
Reus innocens fortunam, non testem timet.
Rarum esse oportet, quod diu carum velis.
Rapere est accipere quod non possis reddere.
Regnat, non regitur, qui nil nisi quod vult facit.
Rivalitatem non amat victoria.
Ruborem amico excutere amicum est perdere.
Rex esse nolim, ut esse crudelis velim.
Res quanto est maior, tanto est invidiosior.
Roganti melius quam imperanti pareas.
Respicere nil consuevit iracundia.
Rapere est, non petere, quidquid invito auferas.
Remedium frustra est contra fulmen quaerere.
[Rogare beneficium servitus quoddammodo est.]

Prov. *Sunt, quorum corpus innoxium est, et in mille facinorum furias mens otiosa discurrit.*
Si in clientelam felicis hominis potentisque perveneris, aut veritas aut amicitia perdenda est.
Si vis beatus esse, cogita hoc primum: contemne contemni.
Si multis placuerit vita tua, tibi plăcere non poterit.
Solitudinem quaerat, qui vult cum innocentibus vivere.

CODICES v. 569—583: *F* (*T*), Proverb. *PRF* (*EC*), *M*

570 *Cf. v.* 311 572 *Cf. v.* 511 *et Sen. de benef.* 1, 14, 1 'quod voles gratum esse, rarum effice'. 573 non *Ingolst.*: usu *F*; *cf. v.* 172 *et* 581 574 regitur *Froehlichius*: loquitur *F*, sequitur *coni. Ribbeckius* nil *Gruter*: nihil *F* 576 *Cf. v.* 455 incutere *T* 577 nollim *F* esse crudelis *Ingolst.*: cr. esse *F* 578 invidiosior *Bothe*: insidiosior *FT*. *Cf. Caec. Balb. Monac.* 10, 1, *pg.* 22: 'Simonides interrogatus a quodam, quemadmodum invidos non haberet, Si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris aut nihil feliciter gesseris'. 580 nil *Ingolst. et Caec. Balb. Mon.* 7, 4, *pg.* 21 'R. nil c. i.': nihil *F* 582 remigium *Gruter* frustra est *Gruter* (*cf. v.* 418); fraus est *F*, *ut v.* 172 fulmen *Bentleius*: flumen *F* 583 *Cf. v.* 48. 490 beneficium] ingenuo *Gruter ex coniectura* 95 *Vinc. Bell. sp. d.* 4, 107 et] Sed *F initio versus*, animus vero (*omisso* mens) *C* faunorum *F* furias *PRFC*: furta *Vinc. an* iniurias? *de quo vocabulo corrupto cf. ad v.* 388 otiosa] hodiosa *C*, cita *F* 96 *F* habet post 97 clientillam *PR* perveneris *PR* *Vinc. B. sp. d.* 5, 7: veneris *F* 97 *M* 24 contemne *PEC*: contemnere *RM*, *om. F* 99 solitudinem *PREC*, *M* 27: sollicitudi-

Digitized by Google

Stultum est timere, quod vitari non potest.
Semper dissensio ab alio incipiat, a te reconciliatio.
Succurre paupertati amicorum, immo potius occurre.
Secreto admone amicos, palam lauda.
Si bene te institueris, pudeat fieri deteriorem.
Si quis irascitur, ab alio poenas petit, a se exigit.
Severissime enim nos adversum peccantes ingerimus, et ipsi vadem committimus.
Sicut formosa pictura est, cuius nulla pars errat,
sic et formosus homo, in quo nulla peccatis foeda est.
Si invitus pares, servus es; si volens, minister.
Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat.
Si non invideris, maior eris: nam qui invidet, minor est.
Scis, quid est invidia? dolor animi est ex alienis commodis.
Scito enim et illud, quod nulli invidet vir bonitate praeditus.
Sunt multi qui plurima verbis, non re contemnunt;
sed ipsa, quae spernunt, clam furantur.
Sémper plus irátus sese pósse, quam possít, putat.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), *M*, v. 584—625: *F* (*T*)

nem *F Vinc. B. sp. d.* 5, 41 quaerat *CM:* quaerit *PRFE* 100 'St. est t. q. v. non possis' *Sen. de remed. fort.* 2, 3 *et M* 39, *Vinc. B. sp. d.* 4, 74 vitari *C:* vitare *PR*, mutari *F* 101 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 44. 133. 5, 88. *M* 49 discessio *P* 102 *C*, *M* 50, *om. F* occurrere *CM:* occurris *PR* 103 secreto *PR Vinc. B. sp. d.* 5, 88, *M* 12: secrete *E*, si recte *F* 104 *Vinc. B. sp. d.* 4, 85, *M* 109 pudeat *CM:* pudet *PRF* 105 et ab alio *F Vinc. B. sp. d.* 4, 133 expetit *C* 106 si enim nos adversum p. severissime ing. *F* gerimus *Godofr.* 107 formonsa *P* formonsus *PR* 108 sic et *PR:* sic *FC* nulla pars pecc. *FC* 109 *EC* 110 *Plin. epist.* 1, 17, 4 'Scias ipsum plurimis v. a. qui a. sic amat'. *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 7. 130 111 *Plin. epist.* 6, 17, 4 'Disertior ipse es? tanto magis ne invideris: nam qui invidet minor est.' *Vinc. B. spec. doctr.* 4, 130 invideris *PRF:* invideas *Godofr.* 112 *Vinc. B. sp. d.* 4, 130 scito *RF* anima *R* est *PR: om. F* 113 *Vinc. B. sp. d.* 4, 130 enim *PR: om. F* quod] quia *PRF* 114 plurima *PaR:* plurimum *Pa marg. pr. m. F Vinc. B. sp. d.* 4, 171, qui alii plurima v. n. r. c. alii plurimum *Pb* contendunt *F Vinc.* 584 semper iratus plus se posse putat quam possit *F*, *vulgo inter senarios* 'Se posse plus iratus quam

Digitized by Google

Spes est salutis, ubi hominem obiurgat pudor.
Suadere primum, dein corrigere benivoli est.
Sapiens contra omnes arma fert, cum cogitat.
Sanctissimum est meminisse, cui te debeas.
Stulti timent fortunam, sapientes ferunt.
Sensus, non aetas invenit sapientiam.
Semper beatam se putat benignitas.
Saepe ignoscendo des iniuriae locum.
Solet esse in dubiis pro consilio temeritas.
Semper consilium tunc deest, cum opus est maxime.
Sapiens quod petitur ubi tacet, breviter negat.
Semper plus metuit animus ignotum malum.
Secunda in paupertate fortuna est fides.
Si nil velis timere, metuas omnia.
Summissum imperium non tenet vires suas.
Secundus est a matre nutricis dolor.
Sibi ipsi supplicium, admissi quem paenitet.
Suum sequitur lumen semper innocentia.
Stultum est alium velle ulcisci poena sua.
Sibi primo auxilium eripere est leges tollere.

CODICES v. 584—625; *F* (*T*)

possit putat': * *correxi* 585 spes s. est, ubi h. o. timor *T* 586 d. c. b. est *Bothe:* b. est d. c. *F*, s. b. est p. d. c. *Gruter* 590 sensum non aetas invenit sapientia *T; an* invehit? 592 saepe ignoscendo . . iniuriae locum *Gruter:* sapiens semper quiescendi . . locum iniuriae *F; cf. v.* 238. 465 * des: dat *F*, das *Gruter; cf. pg.* 61 593 in adversis *T* 594 opus est *Desbillon:* est opus *F;* cum opus maxume est *scripserunt, qui* deest *disyllabum acceperunt: cf. v.* 151. 229. 628 595 *Menand. Monost.* 223 ἡ γὰρ σιωπὴ μαρτυρεῖ τὸ μὴ θέλειν 596 ignotum] *i. e. parum notum* 598 *Seneca nat. quaest.* 6, 2, 3 'si vultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda.' *Cf. v.* 116. 607 nil *Ingolst.:* nihil *F* 601 *Respexisse videtur Sen. de ira* 3, 26, 2 'maxima est factae iniuriae poena fecisse, nec quisquam gravius adficitur, quam qui ad supplicium paenitentiae traditur.' *Menand. Monost.* 667 ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις *fort.* ipse * supplicium adm. quem: dat sup. quem adm. *F* paenitet] pudet *editores; cf. v.* 196. 366 602 innocentiam *Bothius* 603 *Cf. v.* 611 *et Menand. Monost.* 152 ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ velle ulcisci *Ingolst.:* ulc. velle *F* 604 primo *Bothe:* primum *F* eripere est *Ingolst.:* est er. *F*

Digitized by Google

Suis qui nescit parcere, inimicis favet.
Síne dolore est vúlnus, quod feréndum est cum victória.
Semper metuendo sapiens evitat malum.
Stultum est queri de adversis, ubi culpa est tua.
Solet hora, quod multi anni abstulerint, reddere.
Spina etiam grata est, ex qua spectatur rosa.
Stultum est vicinum velle ulcisci incendio.
Stultum facit Fortuna, quem vult perdere.
Spes inopem, res avarum, mors miserum levat.
Se damnat iudex, innocentem qui opprimit.
Sibi ipsa improbitas cogit fieri iniuriam.
Satis est beatus, qui potest cum vult mori.
Solet sequi laus, cum viam fecit labor.
Socius fit culpae, quisquis nocentem levat.
Suspicio sibi ipsa rivales parit.
Semper metuendum, quidquid irasci potest.
Seditio civium hostium est occasio.
Salutis causa bene fit homini iniuria.
Stultitia est insectari, quem omnes diligunt.
Sat magna usura est pro beneficio memoria.
Sero in periclis est consilium quaerere.

Prov. *Timidus cautum se vocat, sordidus parcum.*

CODICES v. 584—625: *F* (*T*), Proverb. *PRF* (*EC*), *M*

605 *Cf. Sen. Troad.* 300 *Peiper* 'Qui non vetat peccare, cum possit, iubet'. *Pseudosen. de mor.* 114 'Bonis nocet, qui malis parcit'. *Auson. VII Sap. Cleob.* 'Parcit quisque malis, perdere vult bonos'. 606 ferendum cum victoriast *Ribbeckius fortasse rectius*, quod f. est vulnus cum v. *Bothe* 607 *Cf. v.* 116. 598 metuendo *Ingolst.*: metuendi *F* 609 abstulerint *Ingolst.*: abstulert *F* 611 *Cf. v.* 603 614 *Cf. v.* 257 615 ipsi *Gruter* 616 *Cf. v.* 82. 313 618 * quisquis: qui *F* (*eadem corruptela v.* 9. 379); qui u. subleval *Ingolst.* qui sontem iubet perdere *T*, *ubi aut* pergere *corrig. aut* qui insontem i. p. *Cf. v.* 421 622 *Cf. v.* 636. causa *Ingolst.*: casus *F* fit *Gruter*: sit *F* 623 omnes *Gruter* (*cf. v.* 112): *om. F* diligunt *Ingolst.*: diligĭt *F* 624 *Cf. v.* 444, *Menand. Monost.* καλόν τι θησαύρισμα κειμένη χάρις · usura est *Ingolst.*: est u. *F* 625 in periclis est *coni. Ribbeckius praeeunte Desbillonio*: est in periculis *F*, te in periclis *Bothe*, cons. quaerere in periculis *idem* 116 cautum *FC Vinc. B. sp. d.* 5, 19: caudum *PR*, caudam *et* porcum *E*. *Senarium restituit Panthaleon*: T. vocat se c. p. s. *Cf. Sen.*

Digitized by Google

Tutissima res est, nihil timere praeter deum.
Tene semper vocis et silentii temperamentum;
tamen et in hoc incumbe, ut libentius audias quam loquaris.
Tacere qui nescit, nescit loqui.
Tristitiam, si potes, ne admiseris.
Turpe praebet spectaculum aeger animus.
Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba discutitur.
Transibit sermo in effectum, si honesta loquamur.
Tolerabilior est, qui mori iubet, quam qui male vivere.
Tolerabilior est poena, non posse vivere quam nescire.
Talem diligentiam exhibe in amicitiis conparandis, ne incipias amare, quem deinceps possis odisse.
Tu primum exhibe te bonum, et sic quaere alterum similem tui.
Turpius nihil est quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris.
Thésaurum in sepúlcro ponit, quí senem heredém facit.
Taciturnitas stulto homini pro sapientia est.
Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), *M*, v. 626—628: *F* (*T*)

epist. 45, 7 'vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. Pro cauto timidus accipitur'. 117 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 32. 74 tuta *C*, tutissima res est aliquid domini timere *Vinc.* 4, 32 118 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 92. 170. 5, 29. *M* 74 tene semper] magna res est *M* 119 *EC Vinc. l. c. M* 9 in hoc tantum i. *M* 120 *EC Vinc. B. sp. d.* 4, 92. 170. 5, 29. *M* 132 eloqui *E*, et loqui *M* 121 ne *PaRFEC*, *codd. mell. M* 11: non *Pb*, *M vulgo* si minus ne ostenderis *addunt CM* 122 turbae *F* praebit *PR* aeger an. *PR Vinc. B. sp. d.* 4, 107, *codd. mell. M* 89: an. aeger *FC Godofr.* 123 rerum *PM* 120: *om. RFEC Vinc. B. sp. d.* 4, 170 discutitur *LEC Vinc. M vulgo; quocum cf. v.* 576: dediscitur (*vel* discitur) *codd. vett. M* 124 *Vinc. B. sp. d.* 4, 170 transivit *PR* affectum *C*, *Godofr.* honeste *R* 125 *om. R* 126 est p. *PbR:* p. est *PaF*, est *om. Godofr.* 127 amicitiis *PRE:* amiciș *F Vinc. B. sp. d.* 6, 14 denuo vel deinceps *E* pos *F* odisse *Vinc.:* odire *PRFE* 128 te ipsum b. *Vinc. B. sp. d.* 6, 14 et demum vel sic *E* quaeras *Godofr.* elige *Vinc.* 129 *EC*, *om. Pb* amantissime *C* 627 *Cf. v.* 492 t. stulto pro s. cedit *T* 628 *Seneca controv.* 7, 18, *p.* 206, 14 *Burs. Quintil.* 8, 5, 6. 9, 3,

Digitized by Google

Prov. *Vix quisquam in bonum nisi ex malo transit.*
131 *Vis omnibus esse notus? prius effice, ut neminem noveris.*
Vis habere honorem? dabo tibi magnum imperium: impera tibi.
Vide si adhuc malus es, et similibus parce.
Verum si esse desisti, quare aliis locum emendationis abscidas?
135 *Vitium fuit prius adsentatio, nunc mos est.*
Verum non dicimus, ne audiamus.
Utilis educatio et disciplina mores facit,
unde bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit.
Viriliter feras quae necesse est; dolor enim patientia vincitur.
140 *Verba rebus, non personis accipienda sunt.*
Vires tuas amici beneficiis, inimici iniuriis sentiant.
Vita omnis brevis est; ideo immortalitas est mors honesta.
Vir est bonus, qui in tantum perduxit animum suum,
ut non modo nolit peccare, sed etiam non possit.
145 *Ut aliquid auri extrahamus, terras pervertimus;*

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), *M*

64, *Joa. Saresb. Enthet. sub fin. Auctor. spec. mor.* 3, 7, 2 *Hiero* [*nymus*]: av. t. d. *etc. Cf. pg.* 15 deest (*vel* dest) *Sen. Quint. J. Saresb.*: *om. F* quam misero quod *F* 130 bonum *FC Vinc. B. sp. d.* 5, 15; bono *PR* 131 *Vinc. B. sp. d.* 5, 67 vis] si vis *M* 37 132 honorem *PR Vinc. Bell. sp. d.* 4, 125: honore *F*, magnum honorem *E* do *Vinc.* 133 *om. F* simili tibi *R* 134 *om. F* verum *R*: virum *P* desisti *Pb*: desiisti *Pa*, disisti *R* abscidas *PbR*: abscides *Pa* 135 prius fuit *F* adsentatio *Pb*: assentatio *PaF*, absentatio *R* 136 ne audiamus *Pa corr. rec. m. PbC*: nec audiamus *Pa*, ne audimus *R*, nec audimus *F*. *Cf. Sen. epist.* 29, 1 'Verum nulli nisi audituro dicendum est'. 137 educatio *M* 2: edocatio *codd. dett. M*, edoctio *PRF* moris *P* 138 instruxit *PF*, *M* 2: instruit *R*, incussit *vulgo* 139 viriliter] libenter *M* 6 quae *PR*: qua *F*, quod *M* dolor *M*: doloribus *PRF* vincit *Pb* 140 *M* 13 pro rebus non pro sonis *C* aestimanda *M*. *Cf. Sen. epist.* 12, 11 'nec quid dicatur aestimant, sed a quo'. 141 v. t. magis a. b. quam [inimici *Vinc. B. sp. h.* 9, 102, *om. sp. d.* 4, 46] iniuriis sentiant *M* 100 142 omnis *PR*: hominis *F*, *om. C* immortalis *R* 143 produxit *codd. vett. M* 140 144 nollet *PR* 145 contrahamus *Vinc. B. sp. d.* 5, 61 terras *RF Vinc.*: terram *PaC*, terra *Pb* pervertimus *PaRC*: pervertamus *F*, subvertimus *Pb*,

Digitized by Google

Prov. *ut summum bonum occupemus, scrutari pectus piget.*
Virtutem cuius progressum videris, ne exitum eius desperes.
Ubi fata peccant, hominum consilia excidunt.
Voluptas e difficili data dulcissima est.
Ubi omnis vita metus est, mors est optima.
Unus dies poenam adfert, multi cogitant.
Ubi peccat aetas maior, male discit minor.
Ubi nil timetur, quod timeatur nascitur.
'Ubi sis cum tuís et absis, pátriam non desíderes.
Verum est, quod pro salute fit mendacium.
Ubicumque pudor est, semper ibi sancta est fides.
('Utilius veru ést in sulco, quám gravis galea in proélio.)
Ubi innocens formidat, damnat iudicem.
Voluntas impudicum, non corpus facit.
Virtuti melius quam fortunae creditur.
Verbum omne refert, in quam partem intellegas.
Virum bonum natura, non ordo facit.
Ubi coepit pauper divitem imitari, perit.
Veterem ferendo iniuriam invites novam.

CODICES Proverb. *PRF* (*EC*), v. 629—653; *F* (*Tπ*)

evertimus *Vinc.* 146 piget *FC Vinc. sp. d.* 5, 61: pegit *P*, piegt *R* 147 ne *PR:* non *F*, *cf. prov.* 121 ei *Pb* finemque *om. F* disperis *PbR* 630 edifficili *F*, voluntas ex d. datur dulcissime *π* 631 vita *Gruter:* vitae *Fπ* motus *π* optimum *Bothe* 632 *cf. v.* 609 dies *Gruter:* deus *F*, *corruptum ut v.* 480 multi *Gruter:* quam multi *F*, *cf. pg.* 50 633 *π.* Ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia? *R* 634 * nil timetur: nihil t. *T*, t. nihil *F*, *cf. pg.* 56 635 ut absis *Bothe in adnot.* etsi a. *Ribbeckius* non *Bothe in adnot. om. F* 636 *Diphilus ap. Stobaeum* 12, 12: ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές fit plerumque m. *T*, v. m. fit pro s. *π* 637 est fides *Ingolst.:* fides *F;* u. p. ibi et f. *π* 638 *Servavit solus π* * veru est: est vero *π* 639 damnat iudicem *Gruter:* i. d. *Fπ* 640 voluntas *Gruter:* voluptas *F*. *Cf. Sen. Phaedr.* 743 *Peiper* (= *Hippol.* 735 *Bothe*) 'mens impudicam facere non casus solet'; *ne tamen corrigas* casus (*i. e. occasio*), *cf. Liv.* 1, 58, 9 'mentem peccare, non corpus' *et v.* 481 impudicum non *Casp. Orelli:* non pudicum *F* 644 *Cf. Phaedr.* 1, 26, 1 'Inops potentem dum vult imitari, perit'. pauper divitem *Gruter:* d. p. *F*, ubi p. d. ceperit i. p. *π* 645 *Gellius* 17, 14, *Macrob. Sat.* 2, 7, *Joa. Saresb. Policr.* 8, 14;

Digitized by Google

Virtutis spolia cum videt, gaudet labor.
Virtutis vultus partem habet victoriae.
Virtute quod non possis, blanditia auferas.
Utrumque casum aspicere debet, qui imperat.
Voluptas tacita metus est mage quam gaudium.
Viri boni est nescire iniuriam pati.
Vultu an natura sapiens sis, multum interest.
Virtuti amorem nemo honeste denegat.
Prov. *Zelum de deo tantum habeas, non contra homines.*
149 *Zelari autem hominibus vitiosum est.*

CODICES v. 629—653: *F* (*Tπ*), Proverb. *PRE*

cf. v. 238. 592 inferendo *π* invites *F:* invitas *π Ingolst.* 647 *Cf. v.* 492 vulnus *Ingolst.* 648 non *om. π* 649 utrumque casum] *i. e. victoriam et fugam, vel prospera et adversa* 650 mage *Gruter:* magis *F;* m. magis quam gaudium est *Bothe*, mage m. q. g. est *Gruter* 651 * iniuriam pati *coll. v.* 99: ini. facere *Fπ unde vulgo* facere iniuriam. *At idem codex π paulo supra eandem sententiam sic exhibet:* V. b. est nescire pati vel facere iniuriam *cum Caec. Balbo Monac.* 22, 4 (*p.* 27), *Paris.* 12 (*p.* 38); nescire vel pati vel facere iniuriam *Vinc. Bell. sp. hist.* 3, 82, *sp. d.* 4, 83, *Walter Burl. s. v. Aristot. ut de glossemate vix dubitari possit.* 652 sapiens sis *Bothe:* sis sap. *F* *Proverb.* 148, 149 *PRE; om. FC.*

Digitized by Google

Sententiae Turicenses.

Cum sese vincit sapiens, minime vincitur.
Contra hostem aut fortem oportet esse aut supplicem.
Cito culpam effugias, si incurrisse paenitet.
Consilium in adversis prudentis remedium est.
Cum inimico ignoscis, amicos gratos comparas.
(Contubernia illic sunt lacrimarum, quando misericors conspicit miserum.)
(Durum est denegare superiori, cum debeas supplicare.)

---

654 * sese: semet *T.* *Eadem forma in cod. Turicensi infra legitur*, semet *v.* 672 *ubi* sese *iam Hauptius correxit, et* sibimet *in adnotatione ad v.* 421, *ubi Frisingensis* sibi *exhibet a metro quoque defensum. Publilius aut in vulgari pronominis forma acquievit, veluti in loco simillimo v.* 64 Bis vincit, qui se vincit in victoria, *aut vocabuli vim intendit addito* ipse (*cf. v.* 415. 464. 473. 545. 601. 615. 619.), *aut usus est composito* sese, *ut v.* 584 655 supplicem *scripsi ex coniectura Froehlichii:* simplicem *T. Si* felicem *mavis, quod v.* 246 *commendes* aut fortis aut felix, *de senario desperandum.* 656 * culpam effugias: culpa effugiri potest *T, ut v.* 154 effugire *in codd. PR scriptum est;* culpam effugies *Orelli*, c. effugiri potis est *Ribbeckius. De futuro a Publilii usu alieno et de pyrrhichio* cito *cf. Proleg. pg.* 56. 60
657 * prudentis remed. est: medicinae r. p. est *T, de quo glossemate cf. Proleg. pg.* 48. *Verba* in adversis *nolui sollicitare, quia Publilium sapiunt; cf. v.* 208. 491. 593. 608. Consilium medici remedium prudentis est *M. Hauptius Philol. I.* 665. *An est paraphrasis versus* 282? 658 amicus *T, non* amicos, *ut edidit Orelli* gratos *Joh. Siggius:* gratis conplures *T. Quod restituit Ribbeckius* plures, *haud mihi probatur, nisi* uni *addideris priori enuntiato. Cf. v.* 243. 310. 363. 535. 686. 693. comparas *Hauptius:* adquiris *T* 659 quando] *debetur interpolatori, ut v.* 115 660 *Cf. v.* 661. Durumst negare,

Digitized by Google

Dominari ex parte dinoscitur, cum superior supplicare videtur.)
(Decima hora amicos plures quam prima repperies.)
(Est utique profunda ignorantia nescire, quod pecces.)
Facile qui faciant bene invenias, cum qui fecerunt colas.
(Frenos inpone linguae, saepius concupiscentiae.)
(Grave est nimis, quod fronte laeta dederis, tristi recipere.)
Humilis nec alte cadere, nec graviter potest.
Lucrum est dolorem posse damno extinguere.
(Mutus est, si psallat superbus: humilis dominum laudat, etiam cum videtur habere silentium.)
(Plus amicos mensa quam mens concipit bona.)
Qui amicis multis studet, et inimicos ferat.
Qui sese accusat ipse, ab alio non potest.

---

superior cum supplicat *Hauptius* 661 * cum *coll. v.* 660: cui *T. Macrob. Sat.* 2, 7 'Potestas non solum, si invitat, sed etiam si supplicet, cogit.' *Scriberem* Dominatur partim, superior cum supplicat, *nisi frigeret* partim *et ultro se offerret suspicio, sententiam esse eandem, quam Gruterus a.* 1610 *protulit numeris bene commendatam* 'Cogit rogando, cum rogat potentior'. *An est paraphrasis v.* 544? 662 *Videtur fuisse senarius. Pro* repperies] invenis *vel* invenit *scripsit Orellius*, reperiet *omisso* quam *Hauptius*, *quod minus placet* 663 *Cf. v.* 271 664 qui faciant bene *Hauptius:* que faciunt bona *T* * invenias: invenies *T* cum qui fecerunt *Hauptius:* cum laudandoque fecerunt *T* * colas: coles *R* 665 inpone] *oportuit* inponas * concupiscentiae, *i. e. libidini:* conscientia *T*, peni saepius *Orelli. Cf. Anacharsis apud Diog. Laert.* 1, 104 γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν, *Nili sentent.* 171 (*Orelli, opusc. mor. I.* 344) εἰ κρατεῖς γαστρὸς, κράτει καὶ γλώσσης, *Pseudosen. de mor.* 117 'Ut licentiosa mancipia animi imperio rege linguam, libidinem, ventrem.' 666 * nimis: enim *T; cf. v.* 360. 532 tristi *Orelli:* triste *T. Sed aut octonarius non est Publilii, aut fuit senarius:* Grave est, quod laetus dederis, tristem recipere 667 *Cf. v.* 162 *et Cic. orat.* 28, 98 'medius (orator) alte cadere non potest.' 668 *Versus hucusque ignoratus, utpote per errorem omissus ab Orellio* 669 *Cf. Demophili sent.* 6 Σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ 670 *Oportuit saltem* plures, *ut v.* 662 671 * *correxi:* qui numerosis st. a. et i. necesse est ferat *T; cf. ad v.* 10. *Versum trochaicum M. Hauptius restituit hunc:* Qui numerosis studet amicis, is etiam inimicos ferat 672 qui semet accusat. ab alio non potest criminari *T: emendavit M. Hauptius; cf. ad v.* 654. *Similiter Sen. dial.* 2, 17, 2 'materia petulantibus de-

Digitized by Google

Qui dormientem necat, absentem ulciscitur.
Quod est venturum, sapiens quasi praesens cavet.
Reddit, non perdit, quoi quid alienum fuit.
(Regnat carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas.)
Sua qui servat, salva esse vult communia.
Satis est superare inimicum, nimium est perdere.
Suspicax animus omnium damnat fidem.
Suspicio probatis tacita iniuria est.
Superari a superiore pars est gloriae.
Súpplicem hominem opprímere virtus nón est, sed crudélitas.
Sine lege poena est animi conscientia.
Satis est disertus, e quo loquitur veritas.
†Tarde si gravius vir irascitur et perbicax ulciscitur.
Tuti sunt omnes, unus ubi defenditur.
Ubi libertas cécidit, audet líbere nemó loqui.
Vita otiosa regnum est, et curae minus.
(Ut plures corrigantur, rite pauci eliduntur.)

---

trahitur, si ultro illam et prior occupes.' 673 necat *Froehlichius et M. Hauptius*: necare nititur *T*. *Cf. v.* 12. 476

674 cavet *Orelli*: cavit *T; cf. v.* 607 675 *Ita scripsi ex Ribbeckii coniectura, quam in adnotatione proposuit*: Reddit, non perdit, qui quod alienum erat, persolvit *T*. *De glossemate* persolvit, *ad explicandam vocem* reddit *adscripto cf. Proleg. pg.* 48 677 * esse vult: vult esse *T;* sua qui conservat, salva vult communia *Hauptius, ut gratiore ictu ita fortiore remedio et turbata allitteratione, de qua cf. Plaut. Trin.* 4, 3, 82 'me servavi, salvus redii', *ibid.* 4, 3, 69 'salvum et servatum', *Cato de re r.* 141, 3 'pecua salva servassis', *Cic. Verr.* 2, 5, 58, *pro Cluent.* 12, 33, *Liv.* 22, 10, 2. *Possis etiam*: Suum qui servat, salva vult communia. 678 superare inimicum *Hauptius*: in. sup. *T*, hostem sup. *Orelli* 679 suspicax] *notanda syllaba secunda in hac voce producta* dampnat *R* 689 probo homini *coni. Orelli; cf. v.* 195 682 *Cf. v.* 109 683 poena est animi *Ribbeckius*: autem poena est *T;* etiam sine lege poena est conscientia *Orelli*, sine l. poenast sceleris c. *Hauptius. Cf. v.* 196. 227. 443. 684 * satis est disertus *cl. v.* 505. 616: satis desertus est *T;* satis disertust *Orelli.* e quo *Orelli*: de quo *T* 685 *Sententia graviter corrupta pertinet fortasse ad v.* 53 *vel* 195 686 ubi defenditur unus *T, emendavit Orelli* 687 libertas] *sic T, non* libertus, *quod narrat Orelli* cecidit *Hauptius*: cadit *T* 689 rite unus perit *Orelli. Contraria est sententia v.* 224. 345

Digitized by Google

690 (Ut cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia caritas tenet.)
Virtutis omnis inpedimentum est timor.
Ubi iudicat qui accusat, vis, non lex valet.
Ubi emas aliena, invenias necesse est tua.

---

691 inpedimento est *T; corr. Hauptius* 692 non lex valet, sed violentia regnat *T; corr. Orelli* 693 * invenias: invenies *T. Cf. Proleg. p.* 60. *Sed sententia gravius corrupta esse videtur: fort.* Uti emas a. vendere n. est tua; disperdas semper tua *Orelli.*

Digitized by Google

Sententiae falso inter Publilianas receptae †).

Aberrare a fortuna tua non potes, obsidet te.
Abominandum remedii genus salutem debere morbo.
Acerrima virtus est, quam ultima necessitas excutit.
Accipias praestat quam inferas iniuriam.
Ad duo festinans neutrum bene peregeris.
A duabus causis praestare princeps solet, si aut se vindicat aut alium.
Ad excutienda tela militares lacerti valent.
Ad suspicionem vulneris cito pallescit.
Adulter est uxoris amator acrior.
Aequo animo qui malis miscetur, est malus.
Aes debitorem leve, grave inimicum facit.
Affectus quidem tam mali ministri sunt quam duces.

Adnotatio] †) Eas primi receperunt *E* (Erasmus), *Pn* (Panthaleon), *S* (H. Stephanus), *Ps* (Pithoeus), *Gr* (Gruter in edit. a. 1604), *Gr* 2 (idem in edit. a. 1610), *Be* (Bentleius), *Bo* (Bothius), *R* (Reinholdus), *Q* (Jul. Quicherat in ephemeridibus, quibus titulus Bibliothèque de l'école des Chartes vol. II. 1840. fascic. 2. pg. 115 sqq.). Praeterea hoc loco typis describendas curavi, quas e manuscripto petitas G. Fabricius (*F*) inter 'sententias mimis Publii similes' edidit; ex D. Godofredi (*Go*) editione recepi sententias interpolatas Proverbiorum (cf. Proleg. 24. 26), Bothii denique non omnes dedimus, sed tantum per saturam selectas.
1 *Go.* Sen. de clem. 1, 8, 2 2 *R.* Sen. de ira 1, 12, 6 3 *Go.* Sen. de clem. 1, 12, 5 4 *Bo.* 5 *Bo.* Cf. Cato ap. Gell. 16, 14, 2 6 *Go. praestare*] *punire* Sen. de clem. 1, 20, 1 7 *R.* Sen. de provid. 4, 13 8 *R.* Sen. de provid. 4, 7 9 *Ps.* Sexti Pythag. sent. a Rufino conversae 222; Hieron. adv. Jovin. c. 30 = Sen. de matrim. frg. 84 Ha. Vinc. Bell. sp. d. 4, 98. 6, 7. Cf. Sen. de const. sap. 7, 4. 10 *F.* Pseudosen. de mor. 75 11 *Ps.* Sen. epist. 19, 12 12 *R.* Sen. de ira 1, 9, 4

Digitized by Google

Agat princeps curam non tantum salutis, sed honestae cicatricis.
Alius in aliis rebus est praestantior.
Alterius damnum gaudium haud facias tuum.
Amici firmamentum sapientia.
Amici mores noveris, non oderis.
Amicitiae coagulum unicum est fides.
Amicitia pares aut accipit aut facit.
Amicitia semper prodest, amor et nocet.
Amico ea exhibeto, quae velis tibi.
Amicos res opimae parant, adversae probant.
Amicum laedere ne ioco quidem licet.
Amicum perdere est damnorum maximum.
Amicus eo magis [illegible]
Amor misceri cum timore non potest.
An dives omnes quaerimus, nemo an bonus.
Angusta capitur tutior mensa cibus.
Animi [illegible]
Animus hominis [illegible]
Animus non [illegible]
Arbore deiecta ligna [illegible]
Arcum intensio frangit, animum remissio.
Ars non ea est, quae casu ad effectum venit.
Auxilia humilia [illegible]
Avarus animus [illegible]

[illegible]

Auctor malus vel rem bonam turpem facit.
Audacter veteranus cruorem expectat, qui scit se saepissime vicisse post sanguinem.
Audendo virtus crescit, tardando timor.
Audire malis quam loqui libentius.
Auferri et illud, quod dari potuit, potest.
Avidissimus quisque est egestosissimus.
A(vi)gilia sunt membra cursoribus.
Auloedus fiat, qui esse citharoedus nequit.
Auro suadente nil potest oratio.
Aut necesse est ipsum te vilem habeas aut pecuniam.
Bello gladius, voluptas pace vulnerat.
Benefactis proxime ad deos accedimus.
Beneficii numquam, cito dati obliviscere.
Beneficium celeritas gratius facit.
Beneficium egenti bis dat, qui dat celeriter.
Beneficium est carere eo, invitus quod possideas.
Beneficium est semper reddere bonitatis verba.
Boni mores sibi semper placentes permanent.
Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.
Bono iustitiae proxima est severitas.
Bonorum ultro ad convivia accedunt boni.
Bonum est duabus ancoris niti ratem.
Bonus animus in mala re dimidium est mali.
Bonus esse non potest aliis malus sibi.

---

37 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 22, 5, pg. 27 38 *R.* Sen. de prov. 4, 7 39 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 8, 3, pg. 21 40 *Gr* 2. De mor. 9 41 Sen. epist. 8, 10 coll. 59, 18 42 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 12, 2, pg. 23 43 *R.* qui scr. *Avigilia.* Sen. de prov. 4, 13. 44 *Bo.* Cic. pro Mur. 13, 29. Quintil. 8, 3, 79 45 *Bo.* Ex Erasmi Adag. *Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπραγτείτω λόγος* 46 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 48, 13, pg. 35 47 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 40, 4, pg. 33 48 *Bo.* De mor. 47. Sen. de benef. 3, 15, 4 49 *Gr.* De mori 67 50 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 14, 5, pg. 24 51 *Bo.* Var. l. Publ. sent. 235, supra pg. 81 52 *Go.* 53 *Go.* Panthaleon rectius: *Bonum est reddere bona verba et inimicis* 54 *Q.* Sen. epist. 47, 21 55 *E.* De mor. 114 56 *E.* De mor. 97 57 *Bo.* Erasm. Adag. p. 641 edit. anni 1617 58 *Bo.* Erasm. Adag. ibid. pg. 628. Pind. Olymp. 6, 101 59 *Bo.* Plaut. Pseud. 454 60 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 22, 2. pg. 27

Digitized by Google

Bonus iudex damnat improbanda, non odit.
Bonus iudex est, qui novit dispensare quod dandum est et quatenus.
Calamitas virtutis occasio est.
Camelus cupiens cornua aures perdidit.
65 Caput sine lingua sententia pedaria est.
Castiga amicum clanculum, lauda palam.
Casus quem saepe transit, aliquando invenit.
Cave illum semper, qui tibi imposuit semel.
Cito accusaris aut laudaris neminem.
70 Civilis belli oblivio defensio est.
Clementia est lenitas superioris adversus inferiorem.
Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi.
Clementia in quamcumque domum venerit, felicem eam tranquillamque praestabit.
Cogit rogando, cum rogat potentior.
75 Commune naufragium omnibus solacio est.
Conscientiae potius quam famae attenderis.
Considera quid dicas, non quid cogites.
Consuetudo peccandi multitudinem facit peccantium.
Consuli quidem omnia debent, verum non ab omnibus.
80 Contemptum periculorum assiduitas periclitandi facit.
Contemnunt plebeia celsum saepe dicta verticem.
Coram uno aliquid turpe dictum ridemus et coram pluribus indignamur.
Crebro si iacias, aliud alias ieceris.
Cui convenit cum paupertate, dives est.
85 Cuivis artifici in arte credendum est sua.

---

61 *R.* Sen. de ira 1. 16. 7   62 *Co.* De mor. 96   63 *Pe.* Sen. de prov. 4. 6   64 *Bo.* Apostolius ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν   65 *Pe.*   66 *F.* De mor. 12   67 *Pe.* Sen. Herc. fur. 322   68 *Bo.* Hom. Iliad. Ψ. 274 sq. ap. Erasm. Adag. l. c. pg. 752   69 *Bo.* De mor. 76   70 *Pe.*   71. 72. 73 *Co.* Sen. de clem. 2. 3. 1. 1. 5. 4   74 *Cr* 2. Cf. supra n. 661   75 *Bo.* Erasm. Adag. p. 380   76 *Cr* 2. Cas. Bal. Par. 67. pg. 42   77 *Pe.*   78 *Co.* Sen. de clem. 1. 22. 2   79 *Cr* 2 Cas. Bal. Mon. 28. 4 pg. 29   80 *R.* Sen. de provid. 4. 12   81 *F*   82 *R.* Sen. de const. sap. 16. 4   83 *Bo.* Erasm. Adag.   84 *F* Sen. epist. 2, 6   85 *Bo.* Erasm. Adag.

Digitized by Google

Cum de unius moribus iudicabis, de publicis cogita.
Cum hominibus pacem, bella cum vitiis habe.
Cum pare contendere indecens, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.
Cupiditati tarda est ipsa celeritas.
Damnum nisi ex abundantia raro venit.
Datur meritis maiorum nulla gloria.
Deformis simiarum erit pulcherrima.
Demens est quisquis praestat errori fidem.
Deo favente naviges vel vimine.
Desiderium melius vitam custod[iv]erit quam timor.
Dies quandoque noverca, quandoque est parens.
Difficile reciduntur [vitia], quae nobiscum creverint.
Difficilius est moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo.
Discute quod audias omne, quod credas proba.
Dissensio ab alio, a te sit reconciliatio.
Dissolutus est deliciis cuius latus alieno labore condoluit.
Domi manere virum fortunatum decet.
Domum qui aedificat, impolitam ne sinat.
Dulcis malorum praeteritorum memoria.
Eget minus mortalis, quo minus cupit.
Eleemosyna non tam accipientibus quam dantibus prodest.
Eodem animo beneficium debetur, quo datur.

---

86 *R.* Sen. de ira 2, 31. 5 87 *F.* De mor. 34 88 *R.* Sen. de ira 2, 34, 1 89 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 15, pg. 19 90 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 17, pg. 19 91 *F.* 92 *Bo.* Proverb. graecum τῶν πιθήκων εὐμορφότατος δύσμορφός ἐστιν coll. Heraclito ap. Plat. Hipp. mai. 289 B 93 *Ps.* Sen. de benef. 4, 36 94 *Bo.* Erasm. Adag. p. 14 ex schol. Aristoph. θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις 95 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 8, 2, pg. 21 96 *Bo.* Hesiod. opp. 825 ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ, Favorin. ap. Gellium 17, 12, 4 97 *R.* Sen. de ira 2, 18, 2 98 *Go.* Sen. de clem. 1, 20, 1 99 *Gr.* ex codd. Palatinis. Caec. Balb. Par. 69, pg. 42 100 *F.* De mor. 49 101 *R.* ex cod. Gryph. *collatus a. corde c.* Sen. de ira 2, 25, 1 102 *Bo.* Apostol. 12, 45 οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα 103 *Bo.* Hesiod. opp. 746 μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν 104 *Bo.* Cic. de fin. 2, 34. Erasm. Adag. pg. 499 105 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 12, 8 pg. 23. Sen. epist. 2, 6. de mor. 46. Cf. supra v. 286 106 *Go.* De mor. 55 107 *S.* Sen. de benef. 1, 1, 8

Digitized by Google

Errat si quis existimat tutum diu esse regem.
Esse iudicat meliorem lingua quem carpit mala.
Est finis irae initium paenitentiae.
Est homini semper diligenti aliquid super.
Est regium male audire et bene facere.
Est socia mortis homini vita ingloria.
Est turba semper argumentum pessimi.
Etiam gerunt cum timidis bellum somnia.
Etiam sanato vulnere cicatrix manet.
Etiam tyrannus vix precario imperat.
Et miseriarum portus est patientia.
Et non pollicitam vir bonus servat fidem.
Evadere possunt pusilla mala et verba dare, ingentibus obviam itur.
Excusationem quaerere vitium est: omnia ad deum relinque.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Expedit cum amico occidi, quam cum inimico vivere.
Expetit poenas iratus ab alio, a se ipso exigit.
Ex saeva animadversione nulla regi gloria est.
Ex spe praemii solacium fit laboris.
Facilius crescit, quam inchoatur dignitas.
Facilius est perniciosa excludere quam regere.
Facilius privatis ignoscitur pertinaciter se vindicantibus.
Famam curant multi, pauci conscientiam.
Felicitas infelici innocentia est.
Felicitas nutrix est iracundiae.

---

108 *Go.* Sen. de clem. 1, 19, 5 109 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 45, pg. 34, 110 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 7, 1, pg. 21 111 *Bo.* Erasm. Adag. 112 *Bo.* Antisthenes apud Diog. Laert. 6, 1, 3 113 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 8, pg. 18 114 Scaliger. Sen de vita beata 2, 1 115 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 8, 1, pg. 21 116 *Ps.* Sen. de ira 1, 16, 7 117 *Ps.* 118 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 5, 1, pg. 21 119 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 4, 2, pg. 21 120 *Go.* Sen. de clem. 1, 25, 4 121 *Go.* De mor. 80 122 *Ps.*, cod. Paris. *C* 123 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 15, 20, pg. 25 124 *Gr* 2. 125 *Pn.* Sen. de clem. 1, 17, 3 126 *Go.* De mor. 56 127 *Ps.* Sen. epist. 101, 1 128 *R.* Sen. de ira 1, 7, 2 129 *Go.* Sen. de clem. 1, 7, 3 130 *Gr.* ex cod. Palat. Cf. supra proverb. 57. 131 *Gr.* ex cod. Palat. De mor. 63 132 *Ps.* Sen. de ira 2, 21, 7

Digitized by Google

Felix criminibus nullus umquam erit diu.
Felix est non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.
Felix videtur qui mala ignorat sua.
Ferme fugiendo in media fata incurritur.
Ficta cito ad naturam redierint suam.
Fortunae invidia est, si quis immerito miser.
Fortuna ius in homines, mores non habet.
Fortuna magna domino est servitus.
Fortunam cuique mores confingunt sui.
Fortuna multis dat nimis, nulli satis.
Fortuna nos vincit, nisi tota vincitur.
Fortuna quo se, eodem et inclinat favor.
Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.
Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat.
Geminat peccatum, quem delicti non pudet.
Gemitus dolores indicat, non vindicat.
Gladiator in arena consilium capit.
Gloriosum est iram amici amicitiae dare.
Gradus a magnis fit ad maiora saepius.
Graviora quaedam sunt remedia periculis.
Gravius irascitur, qui quod dolet deo commendat.
Haec clementia principem decet, ut, quocumque venerit, mansuetiora omnia faciat.
Haud minus turpia sunt principi multa supplicia, quam medico multa funera.
Hoc magis premere ab ira, quo iram presseris minus.

---

133 *F.* 134 *Gr.* Sen. de remed. fort. 16, 10 135 *F.* Cf. Sen. Thyest. 783 136 *F.* Liv. 8, 24, 4. Cf. supra v. 567 137 *Pn.* Sen. de clem. 1, 1, 6 *recidunt*, unde Godofr. aliique scr. *reciderint* 138 *F.* 139 *Ps.* Sen. epist. 36, 6 140 *Ps.* Sen. cons. ad Polyb. 6, 5 141 *Bo.* Corn. Nep. Att. 11 142 *Ps.* 143 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de const. sap. 15, 3 144 *Ps.* 145 *Ps.* Sen. epist. 72, 7 146 *Pn.* Sen. de clem. 1, 8, 6 147 *Ps.* Caec. Balb. Par. 81, pg. 42 148 *Gr* ex cod. Palat. 149 *Bo.* Sen. epist. 22, 1 150 *R.* Sen. de ira 2, 34, 4 151 *Pn.* Sen. de clem. 1, 1, 7 152 *Ps.* Cf. Sen. Medea 436 ed. Peiperi 153 *Q.* Caec. Balb. Par. 64, pg. 42 154 *Go.* Sen. de clem. 1, 16, 1 155 *Pn.* Sen. de clem. 1, 24, 1 156 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 7, 1, pg. 21

Digitized by Google

Homo tacere qui nescit, nescit loqui.
Honesta fama melior pecunia est.
Honesta lex est temporis necessitas.
Honestius est cum iudicaveris amare, quam cum amaveris iudicare.
Humilis et inertis est tuta sectari.
Id agas, ne quis tuo te merito oderit.
Ignavus omni cessat omnis tempore.
Ignis probat aurum, miseriae fortem probant.
Ignoscas aliis multa, sed nihil tibi.
Ignoscito saepe alteri, numquam tibi.
Imago animi sermo est: qualis est vir, talis oratio.
Imperium habere vis magnum? impera tibi.
Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.
In felice felicitas est innocentia, nequitia ipsa poena sui est.
In felicitate se erigere est felicitatem submittere.
Infirmi animi est non posse divitias pati.
Inhonesta res est suos vincere: satis est potuisse puniri.
In nil sapiendo vita iucundissima est.
Insanus omnis furere credit ceteros.
Insita nobis nostri caritas est corporis.
In sterculino plurimum gallus potest.
Intellige ecquae sint, ut et bene agas bona.
Inter amicos iudicatur quam inimicos molestius.
In tranquillo esse quisque gubernator potest.
Iram qui vincit, hostem superat maximum.
Iratus cum ad se rediit, sibi tum irascitur.

---

157 *F.* De mor. 132 158 *F.* Est paraphrasis versus 217 159 *Ps.* 160 *Go.* Sen. epist. 3, 2; de mor. 48 161 *R.* Sen. de provid. 5, 11 162 *E.* de mor. 26 163 *F.* 164 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de provid. 5, 10 165 *F*, *Ps.* De mor. 111, Caec. Balb. Mon. 1, 4, pg. 18, Auson. septem Sap. Cleob. 166 *Pn.* De mor. 73 167 *Gr.* Proverb. 132, supra pg. 111 168 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4 169 *Go.* de mor. 63. 64. 170 *Go.* De mor. 62 171 *F.* Sen. epist. 5, 6 172 *Go.* De mor. 68. 69. 173 *Bo.* Cf. Proleg. pg. 46 174 *Ps.* De mor. 35 175 *F.* 176 *Bo.* Sen. apocol. 7, 3 177 Scaliger. Sexti Pythag. sent. a Rufino lat. conv. 49 178 *Gr.* Caec. Balb. Par. 23, pg. 39 179 *Bo.* Sen. epist. 85, 43 180 *Ps.* De mor. 81 181 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 7, 3, pg. 21

Digitized by Google

Iusiurandum alieni infido emplastrum aeris est.
Ius omnem supra iniuriam positum scias.
Labor imperantis militum securitas.
Lassa crudelitas non est vocanda clementia.
Lepores duo qui insequitur, is neutrum capit.
Lingua est maliloquax mentis indicium malae.
Mage cavenda amicorum invidia, quam insidiae hostium.
Magister infidelis est recti metus.
Magnam fortunam magnus animus decet.
Magni animi est proprium esse tranquillum, iniurias atque offensiones semper despicere.
Male habebit medicus, nemo si male habuerit.
Male vivet quisquis nesciet mori bene.
Malis displicere laudari est.
Malo veris offendere quam placere adulando.
Malum alienum tuum ne feceris gaudium.
Malum consilium consultori pessimum est.
Maritimus cum sis, fieri terrestris cave.
Maximum remedium irae mora est.
Mens incorrupta miseria corrumpitur.
Minime amicus sum, fortunae particeps nisi sim meae.
Minimum vivit, qui nil quam vitam cogitat.
Misera est aegritudo animi ob alienarum speciem miseriarum.
Miser dici bonus vir, esse non potest.
Misericordia est vicina miseriae: habet enim aliquid trahitque ex ea.

---

182 *Ps.* Laberius ap. Gellium 16, 7 183 *F.* Sen. de clem. 1, 1, 8 184 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 30, 1, pg. 30 185 *Go.* 186 *Bo.* Ex proverbio graeco Erasm. Adag. 3, 3, 36 187 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 48, 3, pg. 34, Sext. Pythag. sent. 74 cum adnot. Orellii opusc. mor. 1, 581 extr. 188 *Gr.* Caec. Balb. Par. 25, pg. 40 189 *Ps.* 190 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 5 191 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 5 192 *Bo.* Philemon frgm. 12 193 Scaliger. Sen. de tranq. an. 11, 4 194 *Go.* De mor. 40 195 *Pu.* Sen. de clem. 2, 2, 2 196 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 1, 16, pg. 19 197 *Ps.* Varro de re rust. 3, 2. Gellius 4, 5, 5 198 *Bo.* Erasmi Adag. 3, 5, 11 199 *R.* Sen. de ira 2, 29 200 *Ps.* 201 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 15, 5, pg. 24; cf. Menand. Monost. 263. 673 202 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 1, 7, pg. 18 203 *Go.* Sen. de clem. 2, 5, 4 204 *Ps.* Sen. de provid. 3, 1 205 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4

Digitized by Google

Misericordia non causam, sed fortunam spectat.
Miserum te iudico, quod numquam fueris miser.
Modica voluptas laxat animos et temperat.
Monstro similis est avaritia unica.
Morbum esse scias non hilaritatem, semper arridere arridentibus et ad omnium aestimationem ipsum quoque os diducere.
Mortalis nemo est, quem non attingat dolor.
Mortem timere crudelius est quam mori.
Muliebre est furere in ira.
Multi dum falli putant, fallere docent.
Natura vincit naturam et dii deos.
Nae virtutibus multis abundat, qui alienas amat.
Necesse est multos timeat, quem multi timent.
Necessitatis est remedium parcitas.
Negata est magnis sceleribus semper fides.
Nemo ita pauper vivit quam natus est.
Nemo potest personam diu ferre fictam: ficta cito in naturam suam recidunt.
Nemo prudens punit quia peccatum est, sed ne peccetur.
Nemo regere potest nisi et qui regi.
Nemo, qui coepit ex se, risum praebuit.
Nequitia poena maxima ipsamet sui est.
Nescit is nocere, qui nocere velle prodidit.
Nil eripit fortuna, nisi quod et dedit.
Nil posse quemquam mortuum hoc est vivere.

---

206 *Go.* Sen. de clem. 2, 5, 1 207 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de provid. 4, 3 208 *R.* Sen. de ira 2, 20, 3 209 *Go.* De mor. 18, Cic. de senect. 18, 66 210 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4 211 *Bo.* Eurip. ap. Cic. Tusc. 3, 25, 59 212 *Ps.* Sen. Exc. Controv. 3, 5, extr. pg. 370, 5 Bu. 213 *Pn.* Sen. de clem. 1, 5, 5 214 *Q.* Sen. epist. 3, 3 215 *Ps.* 216 *Gr.* Plin. epist. 1, 17, 4. Cf. supra pg. 107, 110 217 *Ps.* Laberius v. 126 Ribb. = Sen. de ira 2, 11, 3 218 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 11, 5, pg. 22 219 *Ps.* Sen. Hippol. 162 220 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de provid. 6, 6 221 *Go.* Sen. de clem. 1, 1, 6. Cf. supra pg. 123, 137 222 *R.* Sen. de ira 1, 19, 7 223 *R.* Sen. de ira 2, 15, 4 224 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de const. sap. 17, 2 225 Ribbeck 315, *Pn.* Cf. supra pg. 91, 13 226 *Gr.* (*perdidit*) ex cod. Palat. Caec. Balb. Paris. 29 227 *Ps.* Sen. de const. sap. 5, 4 coll. epist. 59, 18 228 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 9, pg. 18

Digitized by Google

Nil prodest didicisse, si cessas bene facere.
Nil rationis est, ubi res semel in affectum venit.
Nil turpius quam vivere incipiens senex.
Nimium tendendo rumpi funiculus solet.
Nobilis professio sapientia est: quae distributa suscipit incrementum, avarum dedignata possessorem.
Nocens quis illico fit, succumbit ut fides.
Non alia facies est quieti moderatique imperii, quam sereni caeli et nitentis.
Non animus hominis, sed facta cernuntur.
Nondum felix es, si nondum turba te deriserit.
Non egere felicitate felicitas est.
Non est beatus, ipse qui se nesciat.
Non est bonitas esse meliorem pessimo.
Non est hominis maior stultitia quam putare se amari ab his, quos ipse non diligat.
Non est pusillum, si quid maximo est minus.
Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.
Non fert ullum ictum illaesa felicitas.
Non minus latro, cuius telum opposita veste elusum est.
Non multum supra eum eminet quis, cui se irascendo exaequat.
Non omni eundem calceum induces pedi.
Non quam diu, sed quam bene vivas, cogita.
Non qui iussus aliquod, sed qui invitus facit, miser est.
Non vindicandum scelere, si possis, scelus.
Nulla res magis alit iracundiam, quam luxuria.

---

229 *Pn.* Cf. supra pg. 91, 9 230 *Gr.* ex. cod. Palat. Sen. de ira 1, 8, 1 231 *Ps.* Sen. epist. 13, 17 232 *Bo.* Ex proverbio graeco Erasmi Adag. 1, 5, 47 233 *Go.* 234 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 4, 3, pg. 21 235 *Go.* Sen. de clem. 1, 7, 2 236 *Pn.* De mor. 3 237 *Pn.* De mor. 23 238 *R.* Sen. de provid. 6, 5 239 *Ps.* Poeta com. ap. Sen. epist. 9, 21 *esse se qui non putat* 240 *Ps.* Sen. epist. 79, 11 241 *Q.* 242 *Ps.* Sen. epist. 100, 9 243 *F.* Lucilius ap. Sen. epist. 8, 10 244 *R.* qui scr. *hilaris fel.* Sen. de provid. 2, 6 245 *R.* qui scr. *cuius scelus v. clauditur.* Sen. de const. sap. 7, 4 246 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 6 247 *Bo.* Proverb. graecum ap. Erasm. Adag. 4, 4, 56 248 *F.* Sen. epist. 22, 17 249 *Q.* 250 *F.* De mor. 139 251 *R.* Sen. de ira 2, 25, 4

Digitized by Google

Nulla tam bona uxor, de qua non invenias quid queri.
Nulli imponas, quod ipse non possis pati.
Nullum ex omnibus clementia magis quam regem aut praelatum decet.
Nullum laborem recusant manus ab aratro ad arma translatae.
Nullum morosius est animal maioreque arte tractandum quam homo: et nulli magis parcendum quam homini.
Nullum sine auctoramento est magnum malum.
Nullus sapientum proditori credidit.
Numquam liquidum sincerumque ex turbido venit.
Numquam quam multis, sed qualibus placeas, stude.
Numquam satis est, quod improbae spei datur.
Numquam secura est prava conscientia.
Numquam virtutis molle documentum est.
Occasiones non modo accipe, arripe.
Odi praecoci puerulos sapientia.
Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.
Omnes vitam differentes mors incerta praevenit.
Omne vitium habet patrocinium suum.
Omnia cum inimico communia habebit, qui multa cum homine.
Omnia subicit, qui se subicit rationi.
Omni rei moderatio est adhibenda.
Omnis dies velut ultimus putandus est.

---

252 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 17, 2, pg. 26. Publ. Syr. v. 384 253 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 20, pg. 19 254 *Go.* Sen. de clem. 1, 3, 3 255 *Q.* Sen. epist. 51, 1 256 *Go.* Sen. de clem. 1, 17, 1 257 *Ps.* Sen. epist. 69, 4 258 *Gr.* ex cod. Palat. Caec. Balb. Par. 3, pg. 38, Cic. Verrin. 1, 15, 38 259 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 1 260 *F.* De mor. 8 *non quam multis* 261 *Ps.* 262 *Ps.* De mor. 65 coll. Sen. epist. 105, 8 263 *R.* Sen. de provid. 4, 12 264 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 29, 2, pg. 29, Paris. 6, pg. 38 265 *Bo.* Apuleius Apol. 2 266 *Bo.* Menand. ed. Mein. p. 326 267 *F.* Cf. supra pg. 94, 26 268 *F.* Sen. epist. 116, 2 269 *Q.* Sen. epist. 47, 3 270 *Q.* qui scr. *Omn. sibi qui;* Sen. epist. 37, 4 'Rationi te subice, si vis omnia vincere.' 271 *Go.* Sen. de clem. 1, 2, 2 272 *F.* Cf. supra pg. 94, 27

Digitized by Google

Auctor malus vel rem bonam turpem facit.
Audacter veteranus cruorem expectat, qui scit se saepissime vicisse post sanguinem.
Audendo virtus crescit, tardando timor.
Audire malis quam loqui libentius.
Auferri et illud, quod dari potuit, potest.
Avidissimus quisque est egestosissimus.
A(vi)gilia sunt membra cursoribus.
Auloedus fiat, qui esse citharoedus nequit.
Auro suadente nil potest oratio.
Aut necesse est ipsum te vilem habeas aut pecuniam.
Bello gladius, voluptas pace vulnerat.
Benefactis proxime ad deos accedimus.
Beneficii numquam, cito dati obliviscere.
Beneficium celeritas gratius facit.
Beneficium egenti bis dat, qui dat celeriter.
Beneficium est carere eo, invitus quod possideas.
Beneficium est semper reddere bonitatis verba.
Boni mores sibi semper placentes permanent.
Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.
Bono iustitiae proxima est severitas.
Bonorum ultro ad convivia accedunt boni.
Bonum est duabus ancoris niti ratem.
Bonus animus in mala re dimidium est mali.
Bonus esse non potest aliis malus sibi.

---

37 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 22, 5, pg. 27 38 *R.* Sen. de prov. 4, 7 39 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 8, 3, pg. 21 40 *Gr* 2. De mor. 9 41 Sen. epist. 8, 10 coll. 59, 18 42 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 12, 2, pg. 23 43 *R.* qui scr. *Avigilia.* Sen. de prov. 4, 13. 44 *Bo.* Cic. pro Mur. 13, 29. Quintil. 8, 3, 79 45 *Bo.* Ex Erasmi Adag. *Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπραγτείτω λόγος* 46 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 48, 13, pg. 35 47 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 40, 4, pg. 33 48 *Bo.* De mor. 47. Sen. de benef. 3, 15, 4 49 *Gr.* De mori 67 50 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 14, 5, pg. 24 51 *Bo.* Var. l. Publ. sent. 235, supra pg. 81 52 *Go.* 53 *Go.* Panthaleon rectius: *Bonum est reddere bona verba et inimicis* 54 *Q.* Sen. epist. 47, 21 55 *E.* De mor. 114 56 *E.* De mor. 97 57 *Bo.* Erasm. Adag. p. 641 edit. anni 1617 58 *Bo.* Erasm. Adag. ibid. pg. 628. Pind. Olymp. 6, 101 59 *Bo.* Plaut. Pseud. 454 60 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 22, 2. pg. 27

Digitized by Google

Bonus iudex damnat improbanda, non odit.
Bonus iudex est, qui novit dispensare quod dandum est et quatenus.
Calamitas virtutis occasio est.
Camelus cupiens cornua aures perdidit.
Caput sine lingua sententia pedaria est.
Castiga amicum clanculum, lauda palam.
Casus quem saepe transit, aliquando invenit.
Cave illum semper, qui tibi imposuit semel.
Cito accusaris aut laudaris neminem.
Civilis belli oblivio defensio est.
Clementia est lenitas superioris adversus inferiorem.
Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi.
Clementia in quamcumque domum venerit, felicem eam tranquillamque praestabit.
Cogit rogando, cum rogat potentior.
Commune naufragium omnibus solacio est.
Conscientiae potius quam famae attenderis.
Considera quid dicas, non quid cogites.
Consuetudo peccandi multitudinem facit peccantium.
Consuli quidem omnia debent, verum non ab omnibus.
Contemptum periculorum assiduitas periclitandi facit.
Cont[illegible]runt plebeia celsum saepe dicta verticem.
Coram uno aliquid turpe dictum ridemus et coram pluribus indignamur.
Crebro si iacias, aliud alias ieceris.
Cui convenit cum paupertate, dives est.
Cuivis artifici in arte credendum est sua.

---

61 *R.* Sen. de ira 1, 16, 7 62 *Go.* De mor. 96 63 *Ps.* Sen. de prov. 4, 6 64 *Bo.* Apostolius ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν 65 *Ps.* 66 *F.* De mor. 12 67 *Ps.* Sen. Herc. fur. 332 68 *Bo.* Hom. Iliad. 9, 374 sq. ap. Erasm. Adag. l. c. pg. 752 69 *Bo.* De mor. 76 70 *Ps.* 71. 72. 73 *Go.* Sen. de clem. 2, 3, 1. 1, 5, 4 74 *Gr* 2. Cf. supra v. 661 75 *Bo.* Erasm. Adag. p. 380 76 *Gr* 2. Caec. Balb. Par. 65, pg. 42 77 *Ps.* 78 *Go.* Sen. de clem. 1, 22, 2 79 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 28, 4, pg. 29 80 *R.* Sen. de provid. 4, 12 81 *F.* 82 *R.* Sen. de const. sap. 16, 4 83 *Bo.* Erasm. Adag. 84 *F.* Sen. epist. 2, 6 85 *Bo.* Erasmi Adag.

Digitized by Google

Cum de unius moribus iudicabis, de publicis cogita.
Cum hominibus pacem, bella cum vitiis habe.
Cum pare contendere indecens, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.
Cupiditati tarda est ipsa celeritas.
Damnum nisi ex abundantia raro venit.
Datur meritis maiorum nulla gloria.
Deformis simiarum erit pulcherrima.
Demens est quisquis praestat errori fidem.
Deo favente naviges vel vimine.
Desiderium melius vitam custod[iv]erit quam timor.
Dies quandoque noverca, quandoque est parens.
Difficile reciduntur [vitia], quae nobiscum creverint.
Difficilius est moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo.
Discute quod audias omne, quod credas proba.
Dissensio ab alio, a te sit reconciliatio.
Dissolutus est deliciis cuius latus alieno labore condoluit.
Domi manere virum fortunatum decet.
Domum qui aedificat, impolitam ne sinat.
Dulcis malorum praeteritorum memoria.
Eget minus mortalis, quo minus cupit.
Eleemosyna non tam accipientibus quam dantibus prodest.
Eodem animo beneficium debetur, quo datur.

---

86 *R.* Sen. de ira 2, 31. 5 87 *F.* De mor. 34 88 *R.* Sen. de ira 2, 34, 1 89 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 15, pg. 19 90 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 17, pg. 19 91 *F.* 92 *Bo.* Proverb. graecum τῶν πιθήκων εὐμορφότατος δύσμορφός ἐστιν coll. Heraclito ap. Plat. Hipp. mai. 289 B 93 *Ps.* Sen. de benef. 4, 36 94 *Bo.* Erasm. Adag. p. 14 ex schol. Aristoph. θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις 95 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 8, 2, pg. 21 96 *Bo.* Hesiod. opp. 825 ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ, Favorin. ap. Gellium 17, 12, 4 97 *R.* Sen. de ira 2, 18, 2 98 *Go.* Sen. de clem. 1, 20, 1 99 *Gr.* ex codd. Palatinis. Caec. Balb. Par. 69, pg. 42 100 *F.* De mor. 49 101 *R.* ex cod. Gryph. *collatus a. corde c.* Sen. de ira 2, 25, 1 102 *Bo.* Apostol. 12, 45 οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα 103 *Bo.* Hesiod. opp. 746 μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν 104 *Bo.* Cic. de fin. 2, 34. Erasm. Adag. pg. 499 105 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 12, 8 pg. 23. Sen. epist. 2, 6. de mor. 46. Cf. supra v. 286 106 *Go.* De mor. 55 107 *S.* Sen. de benef. 1, 1, 8

Digitized by Google

Errat si quis existimat tutum diu esse regem.
Esse iudicat meliorem lingua quem carpit mala.
Est finis irae initium paenitentiae.
Est homini semper diligenti aliquid super.
Est regium male audire et bene facere.
Est socia mortis homini vita ingloria.
Est turba semper argumentum pessimi.
Etiam gerunt cum timidis bellum somnia.
Etiam sanato vulnere cicatrix manet.
Etiam tyrannus vix precario imperat.
Et miseriarum portus est patientia.
Et non pollicitam vir bonus servat fidem.
Evadere possunt pusilla mala et verba dare, ingentibus obviam itur.
Excusationem quaerere vitium est: omnia ad deum relinque.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Expedit cum amico occidi, quam cum inimico vivere.
Expetit poenas iratus ab alio, a se ipso exigit.
Ex saeva animadversione nulla regi gloria est.
Ex spe praemii solacium fit laboris.
Facilius crescit, quam inchoatur dignitas.
Facilius est perniciosa excludere quam regere.
Facilius privatis ignoscitur pertinaciter se vindicantibus.
Famam curant multi, pauci conscientiam.
Felicitas infelici innocentia est.
Felicitas nutrix est iracundiae.

---

108 *Go.* Sen. de clem. 1, 19, 5 109 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 45, pg. 34, 110 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 7, 1, pg. 21 111 *Bo.* Erasm. Adag. 112 *Bo.* Antisthenes apud Diog. Laert. 6, 1, 3 113 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 8, pg. 18 114 Scaliger. Sen de vita beata 2, 1 115 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 8, 1, pg. 21 116 *Ps.* Sen. de ira 1, 16, 7 117 *Ps.* 118 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 5, 1, pg. 21 119 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 4, 2, pg. 21 120 *Go.* Sen. de clem. 1, 25, 4 121 *Go.* De mor. 80 122 *Ps.*, cod. Paris. *C* 123 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 15, 20, pg. 25 124 *Gr* 2. 125 *Pn.* Sen. de clem. 1, 17, 3 126 *Go.* De mor. 56 127 *Ps.* Sen. epist. 101, 1 128 *R.* Sen. de ira 1, 7, 2 129 *Go.* Sen. de clem. 1, 7, 3 130 *Gr.* ex cod. Palat. Cf. supra proverb. 57. 131 *Gr.* ex cod. Palat. De mor. 63 132 *Ps.* Sen. de ira 2, 21, 7

Digitized by Google

Felix criminibus nullus umquam erit diu.
Felix est non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.
Felix videtur qui mala ignorat sua.
Ferme fugiendo in media fata incurritur.
Ficta cito ad naturam redierint suam.
Fortunae invidia est, si quis immerito miser.
Fortuna ius in homines, mores non habet.
Fortuna magna domino est servitus.
Fortunam cuique mores confingunt sui.
Fortuna multis dat nimis, nulli satis.
Fortuna nos vincit, nisi tota vincitur.
Fortuna quo se, eodem et inclinat favor.
Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.
Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat.
Geminat peccatum, quem delicti non pudet.
Gemitus dolores indicat, non vindicat.
Gladiator in arena consilium capit.
Gloriosum est iram amici amicitiae dare.
Gradus a magnis fit ad maiora saepius.
Graviora quaedam sunt remedia periculis.
Gravius irascitur, qui quod dolet deo commendat.
Haec clementia principem decet, ut, quocumque venerit, mansuetiora omnia faciat.
Haud minus turpia sunt principi multa supplicia, quam medico multa funera.
Hoc magis premere ab ira, quo iram presseris minus.

---

133 *F.* 134 *Gr.* Sen. de remed. fort. 16, 10 135 *F.* Cf. Sen. Thyest. 783 136 *F.* Liv. 8, 24, 4. Cf. supra v. 567 137 *Pn.* Sen. de clem. 1, 1, 6 *recidunt*, unde Godofr. aliique scr. *reciderint* 138 *F.* 139 *Ps.* Sen. epist. 36, 6 140 *Ps.* Sen. cons. ad Polyb. 6, 5 141 *Bo.* Corn. Nep. Att. 11 142 *Ps.* 143 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de const. sap. 15, 3 144 *Ps.* 145 *Ps.* Sen. epist. 72, 7 146 *Pn.* Sen. de clem. 1, 8, 6 147 *Ps.* Caec. Balb. Par. 81, pg. 42 148 *Gr* ex cod. Palat. 149 *Bo.* Sen. epist. 22, 1 150 *R.* Sen. de ira 2, 34, 4 151 *Pn.* Sen. de clem. 1, 1, 7 152 *Ps.* Cf. Sen. Medea 436 ed. Peiperi 153 *Q.* Caec. Balb. Par. 64, pg. 42 154 *Go.* Sen. de clem. 1, 16, 1 155 *Pn.* Sen. de clem. 1, 24, 1 156 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 7, 1, pg. 21

Digitized by Google

Homo tacere qui nescit, nescit loqui.
Honesta fama melior pecunia est.
Honesta lex est temporis necessitas.
Honestius est cum iudicaveris amare, quam cum amaveris iudicare.
Humilis et inertis est tuta sectari.
Id agas, ne quis tuo te merito oderit.
Ignavus omni cessat omnis tempore.
Ignis probat aurum, miseriae fortem probant.
Ignoscas aliis multa, sed nihil tibi.
Ignoscito saepe alteri, numquam tibi.
Imago animi sermo est: qualis est vir, talis oratio.
Imperium habere vis magnum? impera tibi.
Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.
In felice felicitas est innocentia, nequitia ipsa poena sui est.
In felicitate se erigere est felicitatem submittere.
Infirmi animi est non posse divitias pati.
Inhonesta res est suos vincere: satis est potuisse puniri.
In nil sapiendo vita iucundissima est.
Insanus omnis furere credit ceteros.
Insita nobis nostri caritas est corporis.
In sterculino plurimum gallus potest.
Intellige ecquae sint, ut et bene agas bona.
Inter amicos iudicatur quam inimicos molestius.
In tranquillo esse quisque gubernator potest.
Iram qui vincit, hostem superat maximum.
Iratus cum ad se rediit, sibi tum irascitur.

---

157 *F.* De mor. 132 158 *F.* Est paraphrasis versus 217 159 *Ps.* 160 *Go.* Sen. epist. 3, 2; de mor. 48 161 *R.* Sen. de provid. 5, 11 162 *E.* de mor. 26 163 *F.* 164 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de provid. 5, 10 165 *F*, *Ps.* De mor. 111, Caec. Balb. Mon. 1, 4, pg. 18, Auson. septem Sap. Cleob. 166 *Pn.* De mor. 73 167 *Gr.* Proverb. 132, supra pg. 111 168 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4 169 *Go.* de mor. 63. 64. 170 *Go.* De mor. 62 171 *F.* Sen. epist. 5, 6 172 *Go.* De mor. 68. 69. 173 *Bo.* Cf. Proleg. pg. 46 174 *Ps.* De mor. 35 175 *F.* 176 *Bo.* Sen. apocol. 7, 3 177 Scaliger. Sexti Pythag. sent. a Rufino lat. conv. 49 178 *Gr.* Caec. Balb. Par. 23, pg. 39 179 *Bo.* Sen. epist. 85, 43 180 *Ps.* De mor. 81 181 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 7, 3, pg. 21

Digitized by Google

Iusiurandum alieni infido emplastrum aeris est.
Ius omnem supra iniuriam positum scias.
Labor imperantis militum securitas.
Lassa crudelitas non est vocanda clementia.
Lepores duo qui insequitur, is neutrum capit.
Lingua est maliloquax mentis indicium malae.
Mage cavenda amicorum invidia, quam insidiae hostium.
Magister infidelis est recti metus.
Magnam fortunam magnus animus decet.
Magni animi est proprium esse tranquillum, iniurias atque offensiones semper despicere.
Male habebit medicus, nemo si male habuerit.
Male vivet quisquis nesciet mori bene.
Malis displicere laudari est.
Malo veris offendere quam placere adulando.
Malum alienum tuum ne feceris gaudium.
Malum consilium consultori pessimum est.
Maritimus cum sis, fieri terrestris cave.
Maximum remedium irae mora est.
Mens incorrupta miseria corrumpitur.
Minime amicus sum, fortunae particeps nisi sim meae.
Minimum vivit, qui nil quam vitam cogitat.
Misera est aegritudo animi ob alienarum speciem miseriarum.
Miser dici bonus vir, esse non potest.
Misericordia est vicina miseriae: habet enim aliquid trahitque ex ea.

---

182 *Ps.* Laberius ap. Gellium 16, 7 183 *F.* Sen. de clem. 1, 1, 8 184 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 30, 1, pg. 30 185 *Go.* 186 *Bo.* Ex proverbio graeco Erasm. Adag. 3, 3, 36 187 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 48, 3, pg. 34, Sext. Pythag. sent. 74 cum adnot. Orellii opusc. mor. 1, 581 extr. 188 *Gr.* Caec. Balb. Par. 25, pg. 40 189 *Ps.* 190 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 5 191 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 5 192 *Bo.* Philemon frgm. 12 193 Scaliger. Sen. de tranq. an. 11, 4 194 *Go.* De mor. 40 195 *Pu.* Sen. de clem. 2, 2, 2 196 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 1, 16, pg. 19 197 *Ps.* Varro de re rust. 3, 2. Gellius 4, 5, 5 198 *Bo.* Erasmi Adag. 3, 5, 11 199 *R.* Sen. de ira 2, 29 200 *Ps.* 201 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 15, 5, pg. 24; cf. Menand. Monost. 263. 673 202 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 1, 7, pg. 18 203 *Go.* Sen. de clem. 2, 5, 4 204 *Ps.* Sen. de provid. 3, 1 205 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4

Digitized by Google

Misericordia non causam, sed fortunam spectat.
Miserum te iudico, quod numquam fueris miser.
Modica voluptas laxat animos et temperat.
Monstro similis est avaritia unica.
Morbum esse scias non hilaritatem, semper arridere arridentibus et ad omnium aestimationem ipsum quoque os diducere.
Mortalis nemo est, quem non attingat dolor.
Mortem timere crudelius est quam mori.
Muliebre est furere in ira.
Multi dum falli putant, fallere docent.
Natura vincit naturam et dii deos.
Nae virtutibus multis abundat, qui alienas amat.
Necesse est multos timeat, quem multi timent.
Necessitatis est remedium parcitas.
Negata est magnis sceleribus semper fides.
Nemo ita pauper vivit quam natus est.
Nemo potest personam diu ferre fictam: ficta cito in naturam suam recidunt.
Nemo prudens punit quia peccatum est, sed ne peccetur.
Nemo regere potest nisi et qui regi.
Nemo, qui coepit ex se, risum praebuit.
Nequitia poena maxima ipsamet sui est.
Nescit is nocere, qui nocere velle prodidit.
Nil eripit fortuna, nisi quod et dedit.
Nil posse quemquam mortuum hoc est vivere.

---

206 *Go.* Sen. de clem. 2, 5, 1 207 *Gr* ex cod. Palat. Sen. de provid. 4, 3 208 *R.* Sen. de ira 2, 20, 3 209 *Go.* De mor. 18, Cic. de senect. 18, 66 210 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 4 211 *Bo.* Eurip. ap. Cic. Tusc. 3, 25, 59 212 *Ps.* Sen. Exc. Controv. 3, 5, extr. pg. 370, 5 Bu. 213 *Pn.* Sen. de clem. 1, 5, 5 214 *Q.* Sen. epist. 3, 3 215 *Ps.* 216 *Gr.* Plin. epist. 1, 17, 4. Cf. supra pg. 107, 110 217 *Ps.* Laberius v. 126 Ribb. = Sen. de ira 2, 11, 3 218 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 11, 5, pg. 22 219 *Ps.* Sen. Hippol. 162 220 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de provid. 6, 6 221 *Go.* Sen. de clem. 1, 1, 6. Cf. supra pg. 123, 137 222 *R.* Sen. de ira 1, 19, 7 223 *R.* Sen. de ira 2, 15, 4 224 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de const. sap. 17, 2 225 Ribbeck 315, *Pn.* Cf. supra pg. 91, 13 226 *Gr.* (*perdidit*) ex cod. Palat. Caec. Balb. Paris. 29 227 *Ps.* Sen. de const. sap. 5, 4 coll. epist. 59, 18 228 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 9, pg. 18

Digitized by Google

Nil prodest didicisse, si cessas bene facere.
Nil rationis est, ubi res semel in affectum venit.
Nil turpius quam vivere incipiens senex.
Nimium tendendo rumpi funiculus solet.
Nobilis professio sapientia est: quae distributa suscipit incrementum, avarum dedignata possessorem.
Nocens quis illico fit, succumbit ut fides.
Non alia facies est quieti moderatique imperii, quam sereni caeli et nitentis.
Non animus hominis, sed facta cernuntur.
Nondum felix es, si nondum turba te deriserit.
Non egere felicitate felicitas est.
Non est beatus, ipse qui se nesciat.
Non est bonitas esse meliorem pessimo.
Non est hominis maior stultitia quam putare se amari ab his, quos ipse non diligat.
Non est pusillum, si quid maximo est minus.
Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.
Non fert ullum ictum illaesa felicitas.
Non minus latro, cuius telum opposita veste elusum est.
Non multum supra eum eminet quis, cui se irascendo exaequat.
Non omni eundem calceum induces pedi.
Non quam diu, sed quam bene vivas, cogita.
Non qui iussus aliquod, sed qui invitus facit, miser est.
Non vindicandum scelere, si possis, scelus.
Nulla res magis alit iracundiam, quam luxuria.

---

229 *Pn.* Cf. supra pg. 91, 9 230 *Gr.* ex. cod. Palat. Sen. de ira 1, 8, 1 231 *Ps.* Sen. epist. 13, 17 232 *Bo.* Ex proverbio graeco Erasmi Adag. 1, 5, 47 233 *Go.* 234 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 4, 3, pg. 21 235 *Go.* Sen. de clem. 1, 7, 2 236 *Pn.* De mor. 3 237 *Pn.* De mor. 23 238 *R.* Sen. de provid. 6, 5 239 *Ps.* Poeta com. ap. Sen. epist. 9, 21 *esse se qui non putat* 240 *Ps.* Sen. epist. 79, 11 241 *Q.* 242 *Ps.* Sen. epist. 100, 9 243 *F.* Lucilius ap. Sen. epist. 8, 10 244 *R.* qui scr. *hilaris fel.* Sen. de provid. 2, 6 245 *R.* qui scr. *cuius scelus v. clauditur.* Sen. de const. sap. 7, 4 246 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 6 247 *Bo.* Proverb. graecum ap. Erasm. Adag. 4, 4, 56 248 *F.* Sen. epist. 22, 17 249 *Q.* 250 *F.* De mor. 139 251 *R.* Sen. de ira 2, 25, 4

Digitized by Google

Nulla tam bona uxor, de qua non invenias quid queri.
Nulli imponas, quod ipse non possis pati.
Nullum ex omnibus clementia magis quam regem aut praelatum decet.
Nullum laborem recusant manus ab aratro ad arma translatae.
Nullum morosius est animal maioreque arte tractandum quam homo: et nulli magis parcendum quam homini.
Nullum sine auctoramento est magnum malum.
Nullus sapientum proditori credidit.
Numquam liquidum sincerumque ex turbido venit.
Numquam quam multis, sed qualibus placeas, stude.
Numquam satis est, quod improbae spei datur.
Numquam secura est prava conscientia.
Numquam virtutis molle documentum est.
Occasiones non modo accipe, arripe.
Odi praecoci puerulos sapientia.
Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.
Omnes vitam differentes mors incerta praevenit.
Omne vitium habet patrocinium suum.
Omnia cum inimico communia habebit, qui multa cum homine.
Omnia subicit, qui se subicit rationi.
Omni rei moderatio est adhibenda.
Omnis dies velut ultimus putandus est.

---

252 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 17, 2, pg. 26. Publ. Syr. v. 384 253 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 20, pg. 19 254 *Go.* Sen. de clem. 1, 3, 3 255 *Q.* Sen. epist. 51, 1 256 *Go.* Sen. de clem. 1, 17, 1 257 *Ps.* Sen. epist. 69, 4 258 *Gr.* ex cod. Palat. Caec. Balb. Par. 3, pg. 38, Cic. Verrin. 1, 15, 38 259 *Go.* Sen. de clem. 2, 6, 1 260 *F.* De mor. 8 *non quam multis* 261 *Ps.* 262 *Ps.* De mor. 65 coll. Sen. epist. 105, 8 263 *R.* Sen. de provid. 4, 12 264 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 29, 2, pg. 29, Paris. 6, pg. 38 265 *Bo.* Apuleius Apol. 2 266 *Bo.* Menand. ed. Mein. p. 326 267 *F.* Cf. supra pg. 94, 26 268 *F.* Sen. epist. 116, 2 269 *Q.* Sen. epist. 47, 3 270 *Q.* qui scr. *Omn. sibi qui;* Sen. epist. 37, 4 'Rationi te subice, si vis omnia vincere.' 271 *Go.* Sen. de clem. 1, 2, 2 272 *F.* Cf. supra pg. 94, 27

Digitized by Google

Omnis qui amicus est amat, sed non omnis qui amat amicus est.
Omnium est communis amicus, qui hostis est suorum.
Oriente sole consilium, occidente convivium.
Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis.
Parcendum est improbandis civibus, non aliter quam membris languentibus.
Parere scire par imperio gloria est.
Parvo fames constat, magno fastidium.
Pati necesse est multa mortalem mala.
Patria est, ubicumque bene vixeris.
Peccandi verecundiam facit ipsa clementia regentis.
Peccare nolle triumphus innocentiae est.
Peccat voluntas, etsi nullum crimen est.
Pecuniae imperare, non servire convenit.
Pecunia non satiat avarum, sed irritat.
Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene.
Perit voluptas, virtus immortalis est.
Pestifera vis valere ad nocendum.
Pipere qui abundat, oleribus miscet piper.
Plerosque hominum in domibus saevissimos, in alienis humillimos servos.
Plerumque similem ducit ad similem deus.
Plurimi quot servos, totidem hostes habent.
Plurimum qui sis, non qui habearis, interest.
Pluris docentis vita quam sententia.

---

273 *Q.* Sen. epist. 35, 1 274 *Q.* Caec. Balb. Par. 2, pg. 37, Cic. Verr. 1, 15, 38 275 *Q.* Caec. Balb. Par. 40, pg. 41 276 *Pn.* De mor. 34 coll. Sen. epist. 87, 9 277 *Go.* Sen. de clem. 1, 5, 1 278 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 18, pg. 26 279 *Bo.* Sen. epist. 17, 4 280 *Ps.* 281 *Go.* De mor. 43 282 *Go.* Sen. de clem. 1, 22, 3 283 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 6, pg. 21 284 *F.* 285 *Pn*, *F.* Cf. supra pg. 96, 46 286 *R* et iam *Ps: Avarum i. non s. p.* De mor. 101 287 *Ps.* Sen. de benef. 1, 2, 1, ubi praecedit versus: 'Beneficia in vulgus cum largiri institueris', quem et ipsum recepit Bothius 288 *F.* 289 *Go.* Sen. de clem. 1, 3, 3 290 *Bo.* Ex proverbio graeco ap. Erasm. Adag. 3, 3, 37 291 *Q.* Caec. Balb. Par. 7, pg. 38 292 *Bo.* Hom. Od. 17, 217 ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον 293 *Q.* Sen. epist. 47, 5. Festus s. v. Quot servi 294 *F.* Cf. supra pg. 100, 63 295 *F.*

Digitized by Google

Potest quid esse honestum, quod non liberum?
Praeter causam multum amico dabitur, multum etiam contra amicum scias.
Principum saevitia bellum est.
Privata studia publicum evertunt bonum.
Probare amicos difficile est re prospera.
Prope est ut libenter damnet, qui cito.
Prope est ut non aeque damnet, qui nimis.
Pupillus est avarus aetatis brevis.
Puras deus, non plenas aspicit manus.
Quae defloruerit, ne iterum quaeratur rosa.
Quae est ars parandae amicitiae? Si vis amari, ama.
Quaerendus cuneus est malus trunco malo.
Quam magnum est non laudari et esse laudabilem!
Quam saepe veniam, qui negaverat, petit!
Qui alii maledicit, sibi convicium facit.
Quid eo infelicius, cui iam malo esse necesse est?
Quid est beneficium dare? imitari deum.
Quid potest ab eo quisquam sperare, quem malum esse docuit?
Quidquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem inclina vel praepondera.
Quid quisque possit, nisi tentato nesciit.
Quid refert quantum habeas? multo illud plus est, quod non habes.
Qui propter pecuniae vel libidinis amorem moritur, ostendit se numquam sui causa vixisse.

---

296 *F.* Sen. epist. 66, 16 297 *Pn.* 298 *Go.* (*Principium saevitiae*) Sen. de clem. 1, 5, 2 299 *F.* 300 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 15, 6, pg. 25, coll. de mor. 51 301. 302 *Go.* Sen. de clem. 1, 14, 3 303 Scaliger. Caec. Balb. Mon. 12, 3, pg. 23 304 *Ps.* Cf. supra pg. 90, 3 305 *Bo.* Ex proverbio graeco ap. Erasm. Adag. 2, 6, 40 306 *Q.* Sen. epist. 9, 6. Martial. epigr. 6, 11, 10 307 *Bo.* Erasmus Adag. 1, 2, 5 ex Hieronymo ad Ocean. 308 *Pn*, *R.* Cf. supra pg. 100, 65 309 *Ps. Sen.* de ira 2, 34, 4. cf. Herc. fur. 1267 310 *F.* De mor. 115 311 *Go.* Sen. de clem. 1, 13, 2 312 *Pn.* De mor. 47 coll. Sen. de benef. 3, 15 313 *Go.* Sen. de clem. 1, 26, 1 314 *Go.* Sen. de clem. 1, 2, 2 315 *Ps.* Sen. de provid. 4, 3 *temptando* 316 *F.* Sen. ap. Gellium 12, 2, 13 317 *Go.* De mor. 119

Digitized by Google

Quod diu tractaris, id puta rectissimum.
Quod esse tacitum vis, id nulli dixeris.
Quod facere turpe est, dicere ne honestum puta.
Quod nescias damnare summa est temeritas.
Quod vult habet, qui velle quod satis est, potest.
Quum tempus revocat, illa praecox est fuga.
Refert bonorum exemplis puniri improbos.
Refert quam quis bene vivat; quam diu non refert.
Rege incolumi mens omnibus una est; amisso rupere fidem.
Regibus certior est ex mansuetudine securitas.
Regum fortuna casus praecipites rotat.
Repente dives nemo factus est bonus.
Res inquieta est in se ipsam felicitas.
Revertere unde veneris nihil grave est.
Ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam.
Saepe dissimulare quam ulcisci satius fuit.
Saepe fortuna innocentem, numquam spes bona deserit.
Saepe oculi et aures vulgi testes sunt mali.
Saepius locutum, numquam me tacuisse paenitet.
Salis absumendus modius, priusquam habeas fidem.
Sapiens etsi contentus est se, tamen amicum vult habere et q. s.
Sapiens nihil facit, quod non debet, et nihil praetermittit, quod debet.
Securus obit, qui vitia sua ante immolat.

---

318 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 28, 1, pg. 29 319 *F.* Cf. supra pg. 101, 75 320 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 2, pg. 18 cum adnot. 321 *Ps.* 322 *Ps.* Incertus poeta ap. Sen. epist. 108, 11 323 *Ps.* 324 *F.* 325 *Gr.* ex Palat. Cf. Sen. epist. 100, 15, et supra v. 248 326 *Go.* Sen. de clem. 1, 4, 2 coll. Verg. Georg. 4, 213 et Sen. epist. 114, 23 327 *Pn.* Sen. de clem. 1, 8, 6 328 *Bo.* Menander pg. 333 Mein. 329 *Ps.* Menander monost. 688 *οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν.* 330 *Ps.* Sen. epist. 36, 1 331 *Gr* 2. Sen. de tranq. an. 11, 4 332 *E.* Cf. supra pg. 105, 85 333 *Ps.* Sen. de ira 2, 33, 1 334 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 25, 3, pg. 28 335 *Ps.* Caec. Balb. Mon. 1, 31, pg. 20 336 *Gr.* Caec. Balb. Mon. 26, 1, pg. 28 337 *Bo.* Proverb. gracc. ex Aristot. eth. Nic. 8, 3, 8 338 *Go.* Sen. epist. 9, 8 339 *Go.* Sen. de clem. 2, 7, 1 340 *Q.*

Digitized by Google

Semper redundat ipse in auctores timor.
Servis imperare moderate laus est.
Severitas assidua amittit auctoritatem.
Severitatem abditam, clementiam in procinctu habe.
Sic prodesto amico, ne tibi noceas; sic age alienum, ut tuum non obliviscaris negotium.
Sine teste nullum esse putaveris locum.
Si quis ab alio iratus poenas expetit, a se exigit.
Si vis amari, ama.
Solacium grande est cum universo una rapi.
Sordidius multo vivimus quam nascimur.
Spiritum, quem unus tibi dedit, licet minentur multi, non perdes, nisi unus abstulerit.
Stultum est, qui multitudinem in loco timet, per quem nisi unus potest transire.
Stultum est timere, quod vitari non potest.
Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi.
Suavissima haec est vita, si sapias nihil.
Nam sapere nil doloris expers est malum.
Subiecta semper invidiae felicitas.
Subinde bos alienus prospectat foras.
Suspecta semper ornamenta ementibus.
Tacere pro se praestat, quam contra loqui.
Tamdiu a periculo aberit populus, quamdiu sciet ferre frenos.
Tamdiu discendum est homini, quamdiu nesciat.
Tam omnibus quam nulli ignoscere est crudelitas.

---

341 *Ps.* Sen. de ira 2, 11, 3 coll. Sen. Oedip. 704 ed. Both. 719 ed. Peip. 342 *Pn.* Sen. de clem. 1, 18, 1 343 *Pn.* Sen. de clem. 1, 22, 2 344 *Go.* Sen. de clem. 1, 1, 4 345 *Q.* Caec. Balb. Par. 45, 46. pg. 41 346 *F. Cf.* supra pg. 91, 16 347 *F. Cf.* supra pg. 107, 105 348 *Go.* Sen. epist. 9, 6 349 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de provid. 5, 8 350 *Gr.* ex Palat. De mor. 19 351 *P.* 352 *Q.* 353 *E. Cf.* supra pg. 107, 100 354 *Ps.* Caec. Balb. Par. 35, pg. 40, *Stultum est, si velit imperare aliis, qui sibi nescit Q.* 355 *Bo.* Soph. Aiac. 554 356 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 10, 4, pg. 22 357 *Bo.* Proverb. graec. ex Erasmi Adag. 1, 10, 62 358 *Ps.* Sen. epist. 80, 9 359 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 26, 3, pg. 28 360 *Go.* Sen. de clem. 1, 4, 2 361 *Gr.* ex Palat. Sen. epist. 76, 2 362 *Pn.* Sen. de clem. 1, 2, 2

Digitized by Google

Tanti homo est sine amico, quanti corpus absque spiritu est.
Telum fides maioribus nostris maximum.
Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.
Torquere corpus extra naturam est suum.
Turpis inopia est, quae nascitur de gloria.
Tuta est iactura, quae fit neglegentia.
Tuta saepe, numquam secura mala conscientia est.
Tutissima res est timere nil praeter deum.
Tyrannus a rege distat factis, non nomine.
Ubi discrimen inter bonos malosque sublatum est, confusio sequitur et vitiorum eruptio.
Ubi maxime gaudebis, metues maxime.
Ubi tranquilla tibi omnia videntur, tibi ibi nocitura [non desunt].
Ubi usitata remedia non procedunt, tenta contraria.
Velle bonum fieri magna pars est bonitatis.
Velox consilium sequitur paenitentia.
Vel strangulari pulchro de ligno iuvat.
Venia est poenae debitae remissio.
Vile nil decet sonare in maximorum laudibus.
Veri boni est pati, non facere iniuriam.
Virtus, quam necessitas excutit, acerrima est.
Virtute abundat multa, qui alienam amat.
Vis notus omnibus esse? nullum noveris.
Vitium fuit, nunc mos est adsentatio.

---

363 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 15, 8, pg. 25 364 *Gr* 2. Caec. Balb. Mon. 4, 2, pg. 21 365 *E.* Cf. supra pg. 109, 116 366 *F.* Sen. epist. 5, 4 367 *Ps.* Caec. Balb. Par. 44, pg. 41, *de gula* cod. Paris. 8027 368 *Gr.* ex Palat. *tuta*] *turpis* Sen. epist. 1, 1 369 *Gr.* De mor. 65 coll. Sen. epist. 105, 8 370 *F.* Cf. supra pg. 110, 117 371 *Go.* Sen. de clem. 1, 12, 1 372 *Go.* Sen. de clem. 1, 2, 2 373 *Gr.* ex cod. Palat. Sen. de ira 2, 31, 5 374 *R.* Sen. de ira 2, 31, 5, ex quo alterum *tibi* del. 375 *Pn.* Sen. de clem. 1, 9, 6 376 *Q.* Sen. epist. 34, 3 377 *Ps.* Caec. Balb. Par. 55, pg. 41 378 *Bo.* Aristoph. Ran. v. 736 379 *Go.* Sen. de clem. 2, 7, 3 380 *F.* 381 *F.* Est vers. Publil. 651 382 *Pn.* Sen. de clem. 1, 12, 5 *extundit* 383 *F.* Cf. pg. 107, 110 384 *F.* Cf. pg. 111, 131 385 *F.* Cf. pg. 111, 135

Digitized by Google

Ulcera animi magis quam corporis sananda sunt.
Volunt homines ita praeceptum esse ut vivunt, non ita vivere ut praeceptum est.
Utendum est divitiis, non abutendum.
Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent.
Utinam ea lex homini esset, ut [ira] cum telo suo frangeretur, nec saepius liceret nocere quam semel.
Utrumque vitium est nulli credere et omnibus.

386 *Go. ulcera*] *vitia* Fabricius 387 *Go.* 388 *Go.* De mor. 78 389 *Go.* Sen. de clem. 1, 8, 5 390 *Go.* Sen. de clem. 1, 19, 4 391 *F.* De mor. 77. Sen. epist. 3, 4

Digitized by Google

Incerti auctoris liber, qui vulgo dicitur de moribus.*

1. Omne peccatum actio est, actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis: ergo voluntarium est omne peccatum. Tollite excusationem: nemo peccat invitus.
2. Educatio et disciplina mores faciunt, et ad id vivit unusquisque, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. Bene loquere, bene facias.
3. Nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur, animus vero non videtur.
4. Nulla (enim) laus est non facere, quod facere non possis.
5. Quid est homini inimicissimum? alter homo.
6. Libenter feras, quod necesse est: dolor patientia vincitur.

---

* LIBER SENECAE *codd. Sangall.* 141 (*Ga*) *et* 238 (*Gb*) *saec. noni, collati a Car. Schenkelio* (Beiträge zur Kritik des Seneca, 1864, p. 39) (*G* = *Sangallensis uterque*), PROVERBIA SENECAE *cod. Paris* 7581 *saec. X* (*S*), LIBER SENECAE DE INSTITVTIONE MORVM *cod. Paris. lat. S. Vict.* 672, *saec. XII* (*V*), Incipit eiusdem de moribus vel disciplina seu libero arbitrio *cod. Paris. lat.* 8027 *saec. XIV*, L. Annaei Senecae liber de moribus, in quo notabiliter et eleganter vitae mores enarrat *cod. Paris. lat.* 6391, Seneca de moribus *vel similiter codd. Paris. lat.* 6395 *A*, 6379, 6380, 6384, 6395, 7329, 8545, 8546, 8552, *plerique saec. XIV*, *cod. Monac. lat.* 17290 *saec. XV*

1 *Cf. Seneca epist.* 66, 16 'Omne honestum voluntarium est'. 2 instruxit] incussit? introduxit? *Cf. Sall. Cat.* 3, 1 'bene facere, bene dicere'. Bene decet loqui, bene decet facere *cod. Paris.* 6379, *al. unde Haasius* Bene docet loqui, qui bene docet facere 3 *Lactant. instit.* 3, 15 'Atqui nihil i. q. a. f. q. f. v. est, q. f. c. a. non v.' 4 *Lactant. instit.* 6, 23 'Nulla igitur l. est n. f. q. f. n. p.' 5 *Cf. Ausonius Sept. sap. sent.* 1, 2. *Anacharsis ap. Stob. flor.* 2, 43. 6 *Sexti Pythag. sent.* 111 (*Opusc. sent. et mor. ed. Or. I, pg.* 254) 'Fer quod necesse

Digitized by Google

7. Specta, quod te numquam paeniteat.
8. Non quam multis placeas, sed qualibus stude.
9. In hoc (tamen) incumbe, ut libentius audias quam loquaris.
10. Multos vitam differentes mors incerta praevenit: (itaque) omnis dies velut ultimus iudicandus est.
11. Tristitiam, si potes, ne admiseris, si minus, ne ostenderis.
12. Amicos secreto admone, palam lauda.
13. Verba rebus, non personis aestimanda sunt.
14. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris.
15. Ut licentiosa mancipia animi imperio coerce linguam, ventrem, libidinem.
16. Quod tacitum velis esse, nemini dixeris. Si tibi ipsi non imperasti, quomodo ab aliis silentium speras?
17. Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam suam perdere.
18. Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quam via deficiente viaticum augere?

est'. *Cod. Paris. lat.* 4841 *saec. IX, quem in seqq. littera P notavi, (cf. Philolog. VIII,* 184 *sq.)* Libenter fac quod n. est; d. p. v. *Auson. VII sap.* 4, 4 7 * Specta : exspecta *libri*, expetas *Haase. Cf. Publ. Syri sent.* 111, *Periand. ap. Diog. Laert.* 1, 97 πρᾶττε ἀμεταμέλητα 8 *Martinus Dumiensis de form. hon. vitae* 2, 11 'nec quam multis sed qualibus placeas, cogita' 10 itaque] *posterior sententia non cohaeret cum priore: illa enim ex poeta aliquo petita est (vid. Proleg. pg.* 35), *haec est Senecae epist.* 12, 8 'itaque sic ordinandus est dies omnis, tamquam cogat agmen'. *Simili modo abundant particulae* tamen § 9, enim (*al.* autem) § 4, ergo § 28 et 56, *fortasse* itaque § 2 11 *Periander ap. Stob. flor.* 3, 79, 7: δυστυχῶν κρύπτε 12 *Cf. Auson. VII sap. sent.* 5, 4 13 *Sen. epist.* 12, 11 'Ut-isti, qui in verba iurant, nec quid dicatur aestimant, sed a quo'. *Male cod. aliquis Paris.* pro rebus non pro sonis 14 tibi ipsi *codd. rec. quod irrepsisse videtur ex* § 16 15 animi imperio] acri ingenio *P*, acri animi imperio *coniecit C. Schenkl. Cf. infra* § 117 16 *Cf. Auson. VII Sap.* 7, 3. *Proverb.* 75 *supra pg.* 101, *et Lact. inst.* 6, 23 'iniquum est, ut id exigas, quod praestare ipse non possis' 17 est] enim *addunt GbS, de quo vide adnotationem ad* § 10 18 *Cic. Cat. mai.* 18, 66 'Avaritia senilis quid sibi velit non intellego. Potest enim quidquam esse absurdius, quam quo viae minus restat, eo plus viatici quaerere?'

Digitized by Google

19. Omnes infantes terra nudos excipit: non te pudet sordidius vivere quam nasci?
20. Quid dulcius quam habere (amicum), cum quo audeas ut tecum omnia sic loqui?
21. Magnarum virium est neglegere laedentem.
22. Quid sis interest, non quid habearis.
23. Nondum felix es, si non te turba derisorit.
24. Si vis beatus esse, cogita hoc primum: Contemne contemni.
25. Priusquam promittas, deliberes, et cum promiseris facias.
26. Id agas, ut ne quis merito tuo te oderit. Etsi nullos inimicos tibi faciat iniuria, multos facit invidia.
27. Solitudinem quaerit, qui vult cum innocentibus vivere.
28. Optimus (ergo) animus pulcherrimus dei cultus est.
29. Abstinebis alieno sanguine, abstinebis alieno matrimonio.
30. Praestabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, amicis fidem, omnibus aequitatem.
31. Devitabis crudelitatem et ministram crudelitatis iram.

---

19 *Malim* nonne *cum Schenkelio* sordidius *codd. recentiores:* fortius *optimi* vivere quam nasci *codd. recc. et Ga manu sec.* nasci quam vivere *rell. Cf. Sen. de provid.* 6, 6 'Nemo tam pauper vivit quam natus est'. 20 *Cic. Lael.* 6, 22 'Quid dulcius quam habere quicum omnia audeas sic loqui ut tecum?' Servandus ergo est omni diligentia raro inventus amicus *addunt codd. recc. Respicit Ciceronis sententiam Sen. epist.* 3, 2: 'Cum illo (amico) tam audaciter loquere quam tecum'. 21 *Sen. de ira* 2, 32, 3 'Magni animi est iniurias despicere.' 22 sis *om. codd. vett.* 23 si nondum turba te dimiserit *Haase: ceterum tetrametrum trochaicum non agnosco* 24 Contemne contemni *Proverbia* 97 *supra pg.* 106: contempnere contempni *codd. optimi, unde fortasse scrib.* Contemne te contemni 25 *Sexti sent.* 85 'Delibera priusquam agas, et antequam agas provide quale sit quod facturus es.' 26 multos tamen facit *S* 27 quaerat *codd. recc.* 28 ergo *om. codd. recc.: cf. ad* § 10 cultus *Proverb.* 4 *supra pg.* 90, cultor *codices. Sent. Pyth. ap. Ioan. Damasc.* 9, *pg.* 640 θυσία τῷ θεῷ γνώμη ἀγαθή. *Cf. Hor. carm.* 3, 23, 17 29 alieno sanguine abstinebis *om. vulgo; sed cf. Lactant. inst.* 5, 10 'Quomodo enim sanguine abstinebunt . . . quomodo pudicitiam tuebuntur?' 30 indulgentiam amicis, operam civibus, fidem etiam hostibus *P. Isocr. ad Demon.* 16 τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου, τοῖς δὲ νόμοις πείθου 31 ministram] *rectius* matrem *Proverb.* 83 *pg.* 105.

Digitized by Google

32. Non vives aliter in foro, aliter in solitudine.
33. Nihil petes quod negaturus fuisti; nihil negabis quod petiturus fuisti.
34. Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis.
35. Hoc habet omnis adfectus, ut in quod ipse insanit, in idem etiam ceteros putet furere.
36. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus.
37. Si vis omnibus esse notus, prius effice ut neminem noveris.
38. Bonum est non laudari, sed esse laudabilem.
39. Morieris: stultum est timere, quod vitare non possis.
40. Male de te opinantur homines, sed mali. Malis displicere est laudari.
41. Male de te loquuntur homines: bene enim loqui nesciunt. Faciunt non quod mereor ego, sed quod solent ipsi.
42. Homines de te male loquuntur: si merito, quod loquuntur non molestum est, sed quod non mentiuntur; sin immerito, innocentia mea nunc maxime gaudeo. Appareret enim illos obiecturos vera, si possent.

---

32 in solitudine, aliter in foro *vulgo* 33 * petes *scripsi coll* 29 abstinebis, 30 praestabis, 31 devitabis, 32 vives, 33 negabis, 34 habebis: petas *codices* 35 *Concil. Turon. II. can.* 14 'sicut ait Seneca pessimum in eo vitium esse qui in id quo insanit ceteros putat furere'. *Quae sententia cum ex* §§ 35. 36 *sit conflata, colligitur non solum anno* 567 *nostrum libellum Senecae nomine vulgatum fuisse, sed etiam proverbiorum ordinem iam tum fuisse eundem* 36 *Cf. Antisthenes ap. Diog. Laert.* 6, 1, 8 *πρὸς τὸν εἰπόντα 'Πολλοί σε ἐπαινοῦσι' Τί γάρ, ἔφη, κακὸν πεποίηκα;* 37 Si vis *Gb ut* § 24: suus *S*, vis *vulgo* 38 sed] et *al.* 39 *Totidem verbis Sen. de remed. fort.* 2, 3. *Cf. senarium Prov.* 100, *pg.* 107, *et infra* § 114ª. 40 *Ex libro de remed. fortuitorum* 7, 1 laudari] laudabile *al. Sen. de vita beata* 23, 4 'mihi iam, quod argumentum est recti, contingit malis displicere'. 41 *Desumptum ex libro de remediis fort.* 7, 2. *Cf. Stob. floril.* 19, 5 *Πλάτων λοιδορούμενος ὑπό τινος Λέγε, ἔφη, κακῶς, ἐπεὶ καλῶς οὐκ ἔμαθες* mereor ego *Ga:* mereor his *Gb*, meriaris *S* 42 *Ex libro de remed. fort.* 7, 3. *In fine huius paragraphi Gb subiungit:* Male de te loquuntur homines. R. (*i. e.* responsio *vel simile quid*) gaudeo si mentiuntur, doleo si vera dicunt. Male de te loquuntur homines. R. dum me lacerant, se maculant.

Digitized by Google

43. Non eris in patria: patria est ubicumque bene est. Illud enim, per quod bene est, non in loco, sed in homine est.
44. Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.
45. Quae sunt maximae divitiae? non desiderare divitias.
46. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.
47. Quid est beneficium dare? deum imitari.
48. Honestius est cum iudicaveris amare, quam cum amaveris iudicare.
49. Dissensio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio.
50. Succurre paupertati amicorum, immo succurre cuiusvis.
51. Amicos secundae res optime parant, adversae autem certissime probant.
52. Peiora sunt tecta odia quam aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit quam tacitus: huius enim ira se denudat, illius quaerit ad nocendum occasionem.
53. Mira ratio est, quae non vult praedicari, quod gaudet intellegi.
54. Agnosci amat, qui quod agit ostendit.

---

43 *De remed. fort.* 8, 2. *Incertus poeta ap. Cic. Tusc.* 5, 37, 108 (*Ribb. trag. p.* 211) 'patria est, ubicumque est bene'. *Aristoph. Plut.* 1151 *πατρίς ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.* 44 *Martinus Dumiensis de formula honestae vitae* 3, 1 'Nihil aliud m. in r. h. n. animus magna despiciens'. *Lact. inst.* 6, 1 'Magni animi est despicere mortalia'. *Sen. epist.* 8, 5 'Cogitate nihil praeter animum esse mirabile, cui magno nil magnum est'. nisi magno animo despicias *vulgo* 45 *Sen. epist.* 14, 17 'Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget'. 46 *Inc. poeta ap. Sen. epist.* 108, 11 'Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit'. *Sen. epist.* 119, 6 'qui multum habet, plus cupit'. *Auson. VII Sap.* 1, 3. *Caec. Balb. Mon.* 12, 8 *pg.* 23, *Stob. flor.* 17, 31 *Σωκράτης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος πῶς ἂν γένοιτό τις πλούσιος; Εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν, ἔφη, εἴη πένης* 47 *Sen. de benef.* 3, 15, 4 'Qui dat beneficia, deos imitatur'. 48 *Sen. epist.* 3, 2 'qui contra praecepta Theophrasti, cum amaverunt, iudicant, et non amant, cum iudicaverunt'. 49 *Aristippus ap. Stob. flor.* 84, 19: *μέμνησο ὅτι τῆς μὲν διαστάσεως σὺ ἤρξω, τῆς δὲ διαλύσεως ἐγώ.* 50 immo succurre *GS:* immo occurre *vulgo*, *Prov.* 102 * cuiusvis *vel* cuivis: cuiviae *G*, cuive *S*, *om. editt. et Prov.* 51 *Auson. VII Sap.* 2, 6. 7 52 peiora] perniciosiora *P* huius . . . occasionem *om. editt. et codd. recc.* huius *PS:* cuius *G* 54 *Deest haec sententia in cod. S, in marg. infer. man. sec. adscripta est in Ga.* Agnosce amat quod non

Digitized by Google

55. Eleemosyna non tam accipientibus prodest quam dantibus;
56. (et) spes praemii solacium fit laboris.
57. Quae est maxima egestas? avaritia.
58. Pecuniae imperare oportet, non servire.
59. Nullum magis conscium peccatorum tuorum timueris quam temet ipsum; alios enim potes effugere, te numquam.
60. Quis est pauper? Qui sibi (dives) videtur.
61. Qui a multis timetur, multos timet.
62. Infelicitatem erige, felicitatem submitte.
63. Felicitas infelici innocentia est.
64. Nequitia ipsa est poena sui.
65. Mala conscientia saepe tuta est, secura numquam.
66. Libidinis initia continebis, si exitum cogitaveris.
67. Beneficii accepti numquam oportet oblivisci, dati protinus.

---

vult (*haec duo verba corrupta ex* § 53) ostendere *Gb*, *Ga sec. m.*; agnosci amat qui odit ostendit honestum est *codd. fere recc.* 56 *Particula* et *redundat, qua de re cf. ad* § 10. *Publilii editores hunc effecerunt senarium:* Ex praemii spe l. fit s. 57 *Cf. Publ. Syr. v.* 236 58 *Cf. Publ. Syr. v.* 73 59 *Plut. apophth. Catonis mai.* 9 *μάλιστα ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὑτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι, et infra* § 108. *Auson. VII Sap.* 7, 1, *Caec. Balb. Paris.* 65, *pg.* 42, *Isocr. ad Demon.* 9: *Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν. καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις.* poteris *P* 60 dives *Gb*, aliquid *Ga m. sec., om. rell. Cf. de remed. fort.* 10, 1 'pauper es, quia videris'; *ibid.* 16, 10 'felix est non qui aliis videtur, sed qui sibi'. 61 *Sen. epist.* 105, 4 'qui timetur timet' *et Publ. Syr.* 338 62 *Cleobulus ap. Stob. flor.* 3, 79, *α*: *Εὐπορουῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀπορουῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι.* 63 *Sen. controv.* 187, 26 *Bu.* 'magnum praesidium in periculis innocentia'. *Sententia in codd. mutila:* Infelicis innocentia *G*, felicitas innocentiae *S;* Veri felicitas innocentia est *codd. recc.* vera *editt.* 65 *Sen. epist.* 105, 8 'Tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum'. *epist.* 97, 13 'Tuta scelera esse possunt, secura non possunt'. *Sen. Phaedr.* 169 *ed. Peip.* 'Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit'. 66 *Mart. Dum. de form. hon. vitae* 2, 6 'Cum initia inveneris, exitus cogitabis'. continebis si *G S:* continebit qui *vulgo; cf. ad* § 33 * cogitaveris: cogitaberis *Ga Gb*, cogitabit *vulgo* 67 *Sen. de ben.* 2, 11 'Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit'. *Auson. VII Sap.* 6, 4. 5. *Caec. Balb. Par.* 32, *pg.* 40 'Acceptum beneficium aeternae memoriae infigendum'. *Menand. Monost.* 749 *χάριν λαβὼν*

Digitized by Google

68. Inhonesta victoria est suos vincere.
69. Satis est poenarum potuisse puniri.
70. 71. Inimicitias tarde suscipe, moderate exerce, fideliter depone.
72. 73. Imago animi sermo est: qualis vita, talis oratio.
74. Magna res est vocis et silentii temperamentum.
75. Qui aequo animo malis immiscetur, malus est.
76. Neminem cito laudaveris, neminem cito accusaveris: semper puta te coram diis testimonium dicere.
77. Vitium est omnia credere, vitium est nihil credere.
78. Utendum est divitiis, non abutendum.
78ª. Sic vive, ut nec a superioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.
79. Nullum putaveris locum sine teste.
80. Excusationem vitiis suis quaerere est omnia deo delegare.
80ª. Datam vitam quotienscumque dubitaveris, an sit eripienda, **, quoniam data eripi potest, erepta reddi non potest.

μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου. 68 inhonesti *codices* 70. 71 *Sententiam restituimus ad fidem codicis P; G, S et editores* Inimicitias tarde suscipe, amicitias moderate exerce. Vanitates similiter depone. 72. 73. *Plenius cod. P;* Imago animi sermo est, unde illa Socratica vox, qualis oratio, talis et vita. *Sen. epist.* 114, 1 'quod apud Graecos in proverbium cessit, talis hominibus fuit oratio, qualis vita'. *epist.* 75, 4 'Concordet sermo cum vita'. *ep.* 20, 2 'Non orationi vita dissentiat'. *Schol. Hermog. V* 534 *Walz.* ὁ Σωκράτης εἰώθει λέγειν, οἷος ὁ βίος, τοιοῦτος ὁ λόγος. *Cic. Tusc.* 5, 16, 47, *Solon ap. Diog. Laert.* 1, 58, *Leutschius ad Apostolium* 12, 42 *c.* vita] vir *vulgo, etiam G S* 74 *Vincentius Bellov. spec. mor.* 3, 1, 4 'Quidam philosophus: Serva vocis et silentii temperamentum; et si loqui libuerit, sic loquaris, ut aliis libentius audiaris' (*cf. supra* § 9). 76 semper etc. *om. codd. recc. et editt.* coram diis *Haase:* cum his *G S* 77 *Sen. epist.* 3, 4 'Utrumque vitium est et omnibus credere et nulli'. 78ª *om. codd. recc. et editt. Auson. VII Sap.* 6, 1 Sic vive ut *recepi ex PS:* ut *G* nec a *Erasmus:* ne a *libri* 80 *Refinximus ex cod. P. Qui se fato ad prava facinora coactum esse dicit, omnia deo imputat, i. e. omnem culpam in deum confert. In ceteris codicibus fortasse rectius sic fere scriptum est:* Excusationem quaerere vitium est. Omnia ad deum relinque, *nisi quod post* est *per dittographiam addunt* set. *Cf. Sexti sent.* 374 'Omnem causam refer ad deum'. 80ª *om. codd. recc.*

Digitized by Google

81. Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subicit.
82. Est difficillimum se ipsum vincere.
83. Inique irascitur, qui suis irascitur sine dolore.
84. Amare sic incipe, tamquam non liceat tibi desinere.
85. Magnarum rerum etiamsi successus non adfuerit, honestus est ipse conatus.
86. Nobilitas animi generositas sensus.
87. Nobilitas hominis generosus animus.
88. Honestior est, qui senectutem ad otium retulit, quam qui in senectutem venit et tunc incipiat laborare.
89. Turpe spectaculum praebet aeger animus.
90. Numquam tristis facies sit tibi in commodo alterius.
91. Homo sum: quomodo devitabo secundarum rerum invidiam?
92. Si felicitatem iactaveris, multis dives eris.
93. Quomodo optime potentiam tuebor? † impotentia occasionis.
94. Locum tenet proximum innocentiae confessio: ubi confessio, ibi remissio.
95. 96. Severitas in vitio est, quia proximus iniustitiae locus severitas.
97. Bonus iudex est, qui potest dispensare non tam quid damnandum sit, sed quatenus.

---

et editt. In sententia corrupta lacunam significasse satis habuimus.

81 *Cf. Lactant. instit.* 1, 9: 'Non enim fortior iudicandus est, qui leonem quam qui violentiam et iracundiam superat'. *Proverb. Salom.* 16, 32 'ὁ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων τοῦ καταλαμβανομένου πόλιν'.
82 Est] enim *addunt G S* 83 Inique] paene inique *S*, bene inique *G* sine dolore *Ga S*: si in dolore *Gb* 85 Bonarum magnarumque *P* 87 hominis] corporis *vulgo* 88 quem senectus ad otium *vulgo* * in senectutem] in otium *libri*; quam quem in otio invenit *editt.* 90 facies sit tibi *Ga m. sec. V et edd.* si quotiens tibi ipsi incommodo vixeris *libb. vett.* 92 multis *G*: in multis *S*, cum multis *vulgo* 93 † *De corruptela non liquet: fort. scr.* potentia, *ut est ap. Sen. de clem.* 1, 13, 2 'scelera sceleribus tuenda sunt'. *Sall. Cat.* 2, 4 'imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum est'. 94 peccati verecunda confessio *P* 95 in vitio *Ga m. sec.*: abnio *G*, criminis abnubio *S*; *fort.* criminosa, *coll. Publ. S. v.* 254 * iniustitiae: iustitiae *codices, vulgo* locus *G*: modus *S vulgo* 97 potest] *Gb S*: novit *Ga m. sec.* tam *Ga m. sec.*: tam̄ *S*, tantum *Gb*

Digitized by Google

98. Quietissimam vitam agerent homines in terris, si duo haec verba e natura rerum tollerentur: meum et tuum.
99. Qui paupertatem timet, quam timidus est!
100. Vires tuas amici tui magis sentiant beneficiis quam iniuriis.
101. Pecunia non satiat avaritiam, sed irritat, et ideo semper indiget.
102. Pecunia si tibi est, †eius usura moribus.
103. Mihi crede: non potes esse dives et felix.
104. Auribus frequentius quam lingua utere.
105. Quidquid dicturus es, antequam aliis, tibi dicito.
106. Nihil interest inter iratum et insanum nisi unus dies: alter semper insanit, alter dum irascitur.
107. Facillime bonis frueris, si ea vitaveris quae vituperaveris.
108. Cum alios timueris, tum te ipsum maxime verere: nam sine aliis saepe esse potes, sine te numquam.
109. Si bene te instruxeris, pudeat te deteriora facere.

---

98 *Aristides II pg.* 331 τὸ γὰρ οὐ τὸ σὸν τοῦτο, ἀλλ' ἐμὸν ἀρχὴ πάσης φιλονεικίας 99 timendus *vulgo*. *Lact. inst.* 6, 17 'Nemo dubitat, quin timidi sit animi metuere egestatem'. 100 *Haud immerito Orellius hanc sententiam ad mores christianos accommodatam esse censet, cum pristina forma videatur fuisse:* Vires tuas amici beneficiis, inimici iniuriis sentiant. *Cf. Xenoph. Memor.* 2, 3, 14: πλείστου δοκεῖ ἀνὴρ ἐπαίνου ἄξιος εἶναι, ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς μὲν πολεμίους κακῶς ποιῶν, τοὺς δὲ φίλους εὐεργετῶν. *Livius* 7, 40, 7 101 *Sent. Sexti* 137 'Inexplebilis est omnis cupiditas, propterea et semper indiget'.
102 cuius usura morbus *GSV, nisi quod V* morbi. 103 *Auson. VII Sap.* 4, 2 104 *Cf.* § 9. *Anton. et Max. ap. Orellium, opusc. sent.* 2, 146, 9: τοῖς ὠσὶ πλέον ἢ τῇ γλώττῃ χρῶ, *Stob. flor.* 36, 19
106 *Plut. Catonis mai. apophthegm.* 16 τὸν ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. *Philemon ap. Stob. flor.* 20, 4 μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα, *ibid.* 20, 68. *Sen. de ira* 1, 1, 2 'Quidam ex sapientibus viris iram dixerunt brevem insaniam'. *Similiter Cato ebrietatem dixit esse voluntariam insaniam, Ammian. Marc.* 15, 12, 4, *Sen. epist.* 83, 18. *Haec sententia, ut* § 107. 108. 109 *Catoni tribuitur in cod. P* dum *P:* interdum *GS* 107 bonis] bona fama *coni. Schenkelius* 108 *Plut. apophth. Cat. mai.* 9: μάλιστα ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὑτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. *Stob. flor.* 31, 11, *supra adnot. ad* § 59. tum] tu *P; om. vulgo* 109 deteriora facere] deteriorem fieri *coni. Schenkelius*

Digitized by Google

110. Quod persuaseris, erit diuturnum; quod coegeris, erit in occasione.
111. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi numquam.
112. Tantum ad virtutem adicies, quantum ex voluptate abstraxeris.
113. Stultum est somno delectari et mortem horrere, cum somnus adsiduus sit mortis imitatio.
114. Bonis nocet qui malis parcit.
114ª. Si fatum est, quid times, quod certum est?
115. Multi cum aliis maledicunt, sibi ipsi convicium faciunt.
116. Nihil turpius est quam quod obicitur in obiciente cognosci.
117. Ut licentiosa mancipia animi imperio rege linguam ventrem libidinem: quae opprimere si non potes, paululum remitte.
118. Saepe ea, quae sanari ratione non poterant, sanata sunt tempore.
119. Qui propter amorem pecuniae et libidinum moritur, ostendit se numquam sui causa vixisse.
119ª. Dignus tibi sit, coram quo peccare pudeat te.
119ᵇ. Adolescens si [te] feminis adornaveris, iniuriam facere cogitas, si viris adornaveris, accipere.

---

111 *Plut. in vita Catonis mai. cp.* 8: *συγγνώμην ἔφη διδόναι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι πλὴν αὐτοῦ*, *id. apophth. Cat. mai.* 8, *Auson. VII Sap.* 3, 4. *Cf. Cic. pro Murena* 29, 61. *Sall. Catil.* 52, 8, *de Catone min.* 112 *Demonax ap. Or. opusc. sent.* 2, 145: *τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν προσθήσεις, ὅσον ἂν ὑφέλῃς τῶν ἡδονῶν.* adicies *PV*: adicias *GS* 113 * mortem horrere: mortem oriri *S*, mortem moliri *G*, quasi mortem moliri *vulgo* adsiduus *GS*: assidua *vulgo* 114 *Auson. VII Sap.* 3, 5, *Pythagoras ap. Stob. flor.* 46, 112: *οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Sall. Catil.* 52, 12 'ne dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant'.
114ª *GS*: *om. codd. recc. et edd.* fatum *cod. Par.* 8027: factum *GS*. *Cf. Auson. VII Sap.* 5, 6 115 *Philemon ap. Stob. flor.* 19, 2 *ὁ λοιδορῶν ... λοιδορεῖται λοιδορῶν.* ipsi *GS*: *om. P*, ipsis *vulg.*
116 cognosci] *fort.* agnosci; agnoscere *P*, cognosce passionem *GV*, cognoscere passionem *S* 117 *Cf. supra* § 15. rege *vulgo*: redige *GSV*, conpescere *P* * libidinem: quae opprimere si: libidinemque obprimere (*vel* obprime), si *codd. mell.* 119ª *GSV*: *om. editt. et codd. recc.* 119ᵇ *GSV*: *om. editt. et codd. recc.* *[te] *addidi*: *om. codd.*; feminas *et* viros *V* accipere (*scil. iniuriam*) *GbV*: acciperes

Digitized by Google

119c. Non est quod insolenter felicitatem fatearis, †quod non fuisset tibi insperatum.
120. Turpia ne dixeris; paulatim enim pudor rerum per verba dediscitur.
121. Sic habita, ut potius laudetur dominus quam domus.
122. Consuetudinaria res est innocentia: invita ab eo recedit, cum quo diu fuit.
123. Non damnatio, sed causa hominem turpem facit.
124. Merito enim damnati poena est damnatio, inmerito damnati calamitas.
125. Si aliquid cogitaveris, cito apparebit conversantibus.
126. Vlderi vis ab hominibus an non? Numquam bonae honestatis longa simulatio est.
127. Quod de alienis mentibus tractas, ex tua iudices.
128. Multi sunt obligandi, pauci sunt offendendi: nam memoria beneficiorum fragilis est, iniuriarum tenax.
129. Obiurgationi semper aliquid blandi admisce: facilius enim penetrant verba quae molli vadunt via quam [quae] aspera: nemo enim se mutat, qui mutari se desperet.

S, in quo ordo verborum valde turbatus est, accipere tibi *Ga* 119c *GSV: om. editt. et codd. recc.* non est quod *GbS:* non quidem *Ga*, nunquidem *V* fatearis *GbS:* fateris *Ga*, poteris *V; fort.* Numquam insolenter felicem te fatearis, *vel* Numquid . . . fateberis *coll.* § 142 fuisse *Gb* * insperatum: inspiratum *GSV* 120 rerum *om. vulgo* dediscitur *G:* discitur *S*, discutitur *vulgo* 121 *Cic. offic.* 1, 39, 139 'nec domo dominus, sed domino domus honestanda est'. *Mart. Dum. de form. hon. vitae* 4, 5 'nec dominum velis esse notum a domo, sed domum a domino'. 122 invita *S:* in vita *Ga*, invitabilia *P;* invita . . . fuit *om. codd. recc. et edd.* 124 *GS:* merito damnari poena [damnati] est; damnatio immerita damnantis est calamitas *vulgo* 125 Si mali quid *Halmius*; cogitauerit *S* 126 hominibus an non *GS:* omnibus *vulgo; fort.* Si videri vis *coll.* § 125. 37. 24. *Cf. Sexti sent.* 314 'Nulla simulatio multo tempore latebit'. *Demophilus ap. Or. opusc. sent.* 1, 40: ἴσθι ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει. 127 * tua: tuis *codd.* 128 *Xenoph. Anab.* 5, 8, 26: ἥδιον τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι. *Livius* 8, 2, 7 'adeo iniuriae quam beneficii memoria praesentior erat'. *Sen. benef.* 1, 1, 8 'ita a natura comparatum est, ut altius iniuriae quam merita descendant et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat'. fragilis] facilis *edd.* 129 facilius] familiarius *P; sed cf. Sen. epist.* 38, 1 'facilius intrant verba'. *Ante* nemo *P addit:* Insectatio ipsa moderata sit.

Digitized by Google

130. Quotiens scribis aliquid [quod] editurus es, scito morum tuorum te hominibus chirographum dare.
131. Qui in servos irascitur et crudelis est, satis ostendit potestatem adversus alios sibi defuisse, non voluntatem.
132. Qui nescit tacere, nescit et loqui.
132ª. Non quidquid inprobi audire meruerint, id probi debent dicere.
132ᵇ. Longaevitas bonis optabilis est.
133. Bonus fruitur bona conscientia.
134. [A] malis hominibus tutissimum est cito effugere.
135. Nulla pusilla domus, quae amicos multos capit.
136. Facilius est pauperi contemptum effugere quam diviti invidiam.
137. Scire uti felicitate maxima felicitas est.
138. Arcum intentio frangit, animum remissio.
139. Numquam scelus scelere vindicandum est.
140. Bonus est vir, qui eo produxit affectu animum, ut non tantum non velit peccare, sed non possit.
140ª. Satius est liberis superstitem esse quam libertati.
141. Regnantibus multo peius est periculum quam his, qui iudicantur: hi enim singulos timent, illi universos.
142. Numquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis aegritudo efficit infirmum? Numquid dives (in) opibus

---

130 scribens aliquid editurus (dicturus *S*, dictaturus *V*) es *GS*; scribis *omisso* es *P* 131 alios *S*: alienos *G*, alium *P* 132 *Auson. VII Sap.* 2, 1. *Vinc. Bellov. spec. mor.* 3, 1, 4: 'Hiero[nymus?]. Bene loqui nescit, qui tacere non novit'. *Caec. Balb. pg.* 86 132ª *PGSV*: *om. edd.* audire *P*: *om. reliqui* 132ᵇ *GSV*: *om. edd.* 134 [*A*] *supplevit Schenkelius*: in *vulgo*, *om. GS* 135 *Phaedr. fab.* 3, 9, 6: 'Quaeso tam angustam, talis vir, ponis domum? Utinam, inquit (sc. Socrates), veris hanc amicis impleam'. 137 felicitate *P*: paupertate *GS editt.* 138 *Plut. an seni g. r.* 16: τόξον, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. *Phaedr. fab.* 3, 14, 10. arcum *PGS*: acuit *vulgo* 139 *Sen. Thyest.* 1107 *Peip.* 'scelere quis pensat scelus'. vincendum *vulgo* 140 *Democr. sent.* 27 *ap. Or. op. sent. I*, 27: ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν, *Philemon ap. Stob. flor.* 9, 22, *Plato ap. Caec. Balb. Mon.* 6, *pg.* 21. *fort. scrib.* affectum animi 140ª *om. editt.* liberis . . . libertati *Schenkelius*: libertis *GSV*, libertatis *GS*, liberatis *V* 142 *Haec sententia ab interpolatore addita esse videtur*

Digitized by Google

suis gloriabitur, cuius spem fur vel tyrannus abrupit? Numquid nobilitas gloriabitur effecta, nonnumquam indignis et miserabilibus serviens?

143. Diabolus aliquando se gloriabatur interfectorem esse tuae misericordiae, nunc ingemiscit socios tuae beatitudinis.

---

effecta] *videtur latere ablativus, fort.* effectu 143 *debetur interpolatori christiano.* ingemiscit *Gb:* ingemescit *S*, intergemiscit *vulgo* beatitudinis. Explicit *Ga*

Digitized by Google

Septem Sapientum sententiae

septenis versibus explicatae

[ab Ausonio].

1. Bias Prieneus.

Quaenam summa boni? mens semper conscia recti.
Pernicies homini quae maxima? solus homo alter.
Quis dives? qui nil cupiet. Quis pauper? avarus.
Quae dos matronis pulcherrima? vita pudica.
Quae casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? cum possis, nolle nocere.
Quid stulti proprium? non posse et velle nocere.

2. Pittacus Mitylenaeus.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.
Bono probari malo, quam multis malis.

Adnotatio critica. *P* = *codex Parisinus S. Germ. lat.* 1044 *saec. XI*, *B* = *codex Basiliensis sign. B. X.* 35, *saec. XIII*, *M* = *cod. Bambergensis* (*vid. Proleg. pg.* 19) *descriptus a Gulielmo Meyero*: *A* = *ed. Ausonii anni* 1730, *O* = *Io. Conr. Orellius in opusc. sent. et moral.* 1, 197 *sq.* Septem Graeciae Sapientum sententiae *O* septenis versibus explicatae *BMO*, *nisi quod B* verbis: *om. P*; ab Ausonio *vel similia addunt editores.* *Subsequuntur in BM*: Ipsorum est observatum (*ita B*, ipse est modus *M*), ut bini ultimi versus per antitheta finiantur. 1 Bias Prieneus] pytacus niclitenus *M* 1, 1 boni est *P* semper *PBM*: quae sibi *AO*. *Walterus Burleius de vita et moribus philosophorum s. v. Bias*: 'Interrogatus Bias quid sit in hac vita optimum, ait, Mens sibi bonae rectitudinis conscia'. 1, 2 hominis *M* 1, 3 cupiet *PBM*: cupiat *AO*. *Cf. Sen. epist.* 2, 6 1, 4 matronis *PB*: matronae *MAO* 1, 5 est *om. B* 1, 6 quod *P*: quid *BMAO* possis *P*: possit *BMAO*

2 asperi eneus, (*i. e. Bias Prieneus*) *M*, *cf. ad* 1 2, 1 loqui non licebit *B* qui] cum *O* nesciat *P*. *Walt. Burl. s. v. Pythag.* 'Loqui ignorat, qui tacere nescit', haud absurde, cum Pythagoras discipu-

Digitized by Google

Demens superbis invidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda comparas.
Paucos amicos rebus adversis probas.

3. Cleobulus Lindius.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.
Fortunae invidiae est inmeritus miser.
Felix criminibus non erit hoc diu.
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.
Parcit quisque malis, perdere vult bonos.
Malorum meritis gloria non datur.
Turpis saepe datur fama minoribus.

4. Periander Corinthius.

Numquam discrepat utile ab decoro.
Plus est sollicitus magis beatus.
Mortem optare malum, timere peius.
Faxis, ut libeat, quod est necesse.
Multis terribilis timeto multos.
Si fortuna iuvat, caveto tolli.
Si fortuna tonat, caveto mergi.

---

los per quinque annos silentium habere iusserit. *Pythag. ap. Iambl.* 2, 21 γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει. *Quare Ausonius Pythagoram cum Pittaco confudisse videtur.* 2, 5 quisque] *id est quisquis, quicunque, ut infra* 3, 5. *Cod. Parisinus* 4841 *Soloni tribuit:* pati legem quam alteri tuleris 2, 6 comparas *BM:* compares *P*, compara *AO* 2, 7 paucos] plures *O* probas *PBM:* proba *AO*, probes *Erasmus*

3, 1 *Walt. Burl. s. v. Cleob.* 'Q. p. licet, tanto l. m.' 3, 2 invidiae *B:* invidia *PM* 3, 3 nullus erit diu *AO* 3, 5 bonos *P:* malos *B*, *om. M* prodere *Erasmus* 3, 6 maior virtutis *M*

4, 1 ab *PM:* a *BAO* 4, 4 fac sicut *M* 4, 5 timeto *B:* caveto *PMAO corruptum ex v. seq.* 4, 6 caveto tolli] nihil laboris *PM*, multum laboris *B* 4, 7 *om. P*, si non adiuvat hoc minus laboris *BM*

Digitized by Google

5. Solon Atheniensis

Tunc beatam dico vitam, cum peracta fata sunt.
Par pari iugator coniux: quidquid inpar, dissidet.
Non erunt honores umquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, propalam laudaveris.
Pulchrius multo est parari, quam creari nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cavere proderit?
Sive sunt incerta cuncta, quid timere convenit?

6. Chilon Lacedaemonius.

Nolo minor me timeat despiciatque maior.
Vive memor mortis, item vive memor salutis.
Tristia cuncta exsuperas aut animo aut amico.
Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.
Quae bene facta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quae parilis iuventae:
Illa iuventa est gravior, quae similis senectae.

7. Anacharsis Scythes.

Turpe quid ausurus te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.

---

5 Salon *P* 5, 1 tunc b. d. v. *PBM cod. Pulmanni:* d. t. b. v. *AO* fata *Erasmus:* facta *PBO; om. M* sunt *PBM:* sint *AO. Cf. Chilon ap. Stob. flor.* 3, 79, 3 τὸν τετελευτηκότα μακάριζε 5, 2 iugator *AO:* iugato *PBM Erasmus* dissidet quod impar est *Erasmus. Cf. Cleobul. ap. Stob. flor.* 3, 79, 1 γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων; *cod. Paris.* 4841 *s. v. Cleob.* 'Uxorem parem dicito', *leg.* ducito 5, 3 honoris *et* fortuita *BM* 5, 4 propalam *codex Pulmanni:* quèm palam *P*, sed palam *BM* 5, 5 est *P: om. BMAO; cod. Paris.* 4841 'Sanctius (*scr.* satius) est fieri nobilem quam nasci'. 5, 6 est *om. P* caveri *P* 5, 7 sive] *i. e. vel si* sunt *PBM:* sint *AO*

6, 2 item vive memor salutis *PBM cod. Pulmanni:* uti sis m. et s. *AO; cod. Paris.* 4841 'Vive tamquam victurus, vive tamquam morituri'. 6, 3 exsuperas *BM:* exsuperans *PAO interpunctione in fine versus sublata* 6, 4 non] nec *PBM* 6, 6 hominis *BM* 6, 7 iuventa *P:* iuventus *M*, senectus *B* gravior *P:* gratior *BM*, *adservante metro*

7 Anacharsis S. *PBM cod. Pulmanni et Mariangeli Accursii:* Thales Milesius *AO* 7, 1 *Walt. Burl. s. v. Anacharsis:* turpe quidem (*leg.* quid) auditurus (*leg.* ausurus) te sine teste time 7, 2 non] cum *O*

Digitized by Google

Quod facturus eris, dicere distuleris.
Crux est, si metuas vincere quod nequeas.
Cum vere obiurges, sic inimice iuvas;
Cum falso laudes, tunc et inimice noces.
Nil nimium. Satis est, ne sit et hoc nimium.

7, 3 distuleris *PBM*: sustuleris *AO* 7, 5 obiurgas *AO* 7, 6 laudas *AO* tunc *PBM*: sic *O* 7, 7 *BM habent ante* 7, 5 satis hoc ne *PBM* *Μηδὲν ἄγαν Soloni tribuit Stobaeus flor.* 3, 79, 2, *Hygin. fab.* 221, *Pittaco epigramma Ausonii* (*Or. opusc. sent.* 1, 193) *et Antipater* (*ibid.* 1, 195), *Pythagorae Diog. Laert.* 8, 1, *Chiloni Plin. nat. hist.* 7, 32, 119 (*nihil nimium cupere*). *Cf. Terent. Andr.* 1, 1, 34.

Digitized by Google

Index verborum

in Publilii Syri sententias.

a, ab 2. 19. 40. 209. 403. 548. 600. 672. 681.
abdere 341.
abesse 12. 476. 635. 673.
abire 181.
abscondere 387.
absolvere 257.
accedere (141).
accidere 199.
accipere 48. 55. 119. 172. 251. 399. 444. 479. 493. 499. (503). 573.
accommodare 52.
accusare 264. 672. 692.
acer 252. 331.
acerbus 11. 360. 396. 568.
ad 7. 17. 32. 74. 93. 101. 133. 180. 185. 273. 287. 325. 354. 426. 461. 473.
adcommodare 57.
addecere 434.
adesse 552.
adimere 321.
adiuvare 394.
admittere 601.
adparare 125.
adulescentia 185. 569.
adversus 86. 208. 491. 608. 657.
aeger 89. 382.
aegre 449.
aequanimitas 342.
aeque 451.
aequus 8. 161. 441.
aes 11.
aetas 24. 514. 590. 633.
afferre 346. 632.
agere 115. 332. 377. 523.
agitare 39. *400.
aleator 33.
alienus 1. 11. 28. 47. 325. 455. 675.
aliquis 94. 171. 327.
aliter 8.
alius 2. 28. 115. 150. 216. 425. 497. 537. 563. 603. 672.
allevare *495.
alte 667.
alter 2. 50. (83). 217. 231. 297. 372. 543.
altercari 416.
amare 6. 8. 13. 15. 16. 19. 22. 29. 37. 38. 39. 108. 117. 393. 533. 556. 575.
amarus 144.
amicus 10. 42. 90. 120. 245. 261. 474. 524. 540. 576. 658. (662). (670). 671.
amittere 138. 215. 293. 339. 416. 449. 522.
amor 5. 18. 31. 34. 37. 40. 43. 247. 269. 274. 433. 534. 653.
amplus 397.
an 42. 652.
angustia (690).
anima 181.
animus 3. 5. 27. 36. 41. 43. 53. 57. 59. 73. 100. 115. 143. 196. 197. 227. 282. 284. 287. 341. 369. 378. 437. 441. 443. 456. 481. 563. 596. 679. *683.
annus 609.
ante *adv.* = antea 163. 371. 499.
antequam 313.
anus 30.
aperire 42.
aperte 20.

Indicem verborum confecit *Ioannes Sigg*, seminarii philologici Turicensis sodalis. Stellulae versuum numeris praepositae significant verba non in codicibus scripta, sed ex coniectura reposita esse; lunulae ( ) versus spurios denotant.

Digitized by Google

appellare 135.
appetere 105.
apud 292.
arbitrium 5. 50. 372.
ardere 39.
arma 66. 587.
arridere 436.
ars 33.
aspectus 198.
aspicere 9. 47. 649.
assidue 482.
assuescere 165.
astus *24.
auctoritas 269.
audacia 259.
audere 499. 687.
audire (83). 417. 427.
auferre 514. 581. 609. 648.
auris 133. 265. 412.
aut 117. 382.
aut . . . aut 6. 80. 246. 422. 655.
auxilium 4. 144. 208. 526. 604.
avaritia 236.
avarus 14. 21. 23. 25. 26. 122. 234. 386. 613. 628.
avidus 35.

beatus 591. 616.
belle 469.
bellum 125. 465.
bellus 533.
bene 67. 70. 81. 82. (83). 253. 510. 546. 622. *664.
benedicere 112.
beneficium 46. 48. 51. 55. 58. 60. 235. 270. 444. 469. 493 (582). 624.
benignitas 591.
benignus 65.
benivolus 59. 437. 586.
bis 44. 50. 52. 54. 56. 235. 283.
blandiri 167. 506.
blanditia 56. 648.
blandus 214.
bonitas 61. (141). 334.
bonus 45. 47. 49. 53. 54. 57. 62. 63. 68. 69. 72. 73. 74. 76. 77. (84). 112. 165. 193. 207. 234. 316. 317. 345. 354. 356. 368. 371. 376. 384. 400. 430. 498. 530. 553. 643. 651. (664). (670).
brevis 75. 79. 438.
breviter 249. 595.

cado 101. 303. (389). 667. 687.
caecus 115.
calamitas 17, 42. 175. 241. 342. 348. 356. 402. 439. 485. 497. (503). 515.
calamitosus 206. 256.
calor 267.
capere 21.
capillus 159.
captare 167. *555.
carere 116. 315.
caritas (676). (690).
carnalis (676).
carus 131. 572.
cassus 171.
castus 93.
casus 162. 405. 549. 649.
causa 14. 34. 65. 207. 274. 312. 316. 336. 355. 386. 622.
cavere 87. 111. 116. 120. 563. 674.
cedere 398. 402.
celare 24, 418. 512. 541.
celeritas (141). 149. 254.
celeriter 125. 235. 333. 480.
certare 268.
certatio 225.
cinaedus 24.
cito 32. 74. 92. 94. 101. 137. 168. 295. 363. 380. 445. 507. 510. 545. 550. 656.
civis 90. 367. 621.
clementia 357. 500.
coepisse 644.
cogere 108. 147. 314. 519. 615.
cogitare 65. 70. 127. 216. 335. 347. 369. (400). 413. 457. 472. 508. 509. 587. 632.
cogitatio 151. 349.
cognatio 59.
colere 664.
comes 104. 270.
commendare 556.
commendatio 169.
commodare 208. 220.
communis 677.
comparare 77. *658.
compescere 357.
complures (658).
conari 509.
concedere 22. (392). 530.
concidere (*389).
concipere 670.
concordia 131. 289. 298.
concupiscentia *665.
condicio 134.
condimentum 343.
coniugium 481.
coniuratio 59.
conscientia 100. 118. 227. 443. 683.
consensus 4.
consilium 95. 110. 136. 161. 192. 229. 262. 324. 354. 362. 527. 549. 554. 593. 594. 625. 629. 657.
consolatio 367.

Digitized by Google

conspicere (659).
constantia 405.
consuescere 325. 580.
consuetudo 45. 201.
consuetus 85.
consumere 569.
contemnere 92. (102). 364. 424. 550.
contentus 183.
continere 553.
contingere 521.
contra 107. 121. 582. 587. 655.
contubernium (659).
contumelia 99. 240. 244. 353. 374.
convenire 145. 287.
corpus 143. 204. 481. 640.
corrigere 391. 489. 586. (689).
cotidie 97. 103.
creber 223.
credere 27. 120. 146. 261. 567. 641.
creditor 533.
crescere 129.
crimen 29. 68. 105. 133. 202. 252. 281. 346. 421. 429. 470.
criminosus 254.
crudelis 86. 89. 109. 114. 466. 477.
crudelitas 682.
culpa 238. 303. 435. 535. 543. 608. 618. 656.
culpare 176.
cum *praep.* 12. 91. 135. 145. 184. 332. 346. 538. 635. (690).
cum *coniunct.* 20. 23. 30. 52. 71. 82. 92. 98. 115. 116. 117. 122. 124. 126. 146. 167. 185. 189. 202. 204. 229. 232. 233. 241. 257. 272. 273. 308. 318. 335. 361. 387. 400. 448. 461. 468. 502. 506. 523. 529. 552. 560. 563. 587. 594. 606. 617. 646. 654. 658. (660). (*661). 664. (669).
cunctus 126. 301. 314.
cupere 15. 286. 351. *351. 504.
cupiditas 154. 237. 302. 393. 508. (676). (690).
cura 688.
custodia 203.
custodire 326.

damnare 97. 124. 142. 257. 260. 614. 639. 679.
damnum 25. 135. 274. 297. 668.
dare 46. 55. 58. 60. 65. 71. 78. 88. 122. 157. 235. 290. 295. 308. 321. 352. 399. 409. 493. 530. 536. 592. 630. (666).
de 127. 163. 209. 384. 429. 557. 608.
dea 153.
debere 338. 533. 588. 649. (660).
decere 157. 508.
decimus (662).
decipere 333. 565.
decorare 226.
decrescere 129.
deesse 151. 229. 236. 594. *628.
defendere 421. 555. 686.
deficere 386.
dein 586.
deliberare 128. 132. 139. 140. 523.
deliciae 30.
delictum 394. 468.
delinquere 283.
dementia 276.
demum 20.
denegare 158. 653. (660).
deponere 534.
derisor 545.
desiderare 635.
desiderium 149.
desperare 187.
deterere (468).
deterior 103.
deus 22. 121. (146). 341. (480). (632). (676).
dicere 58. 126. 202. (379). 505.
dies 103. 123. 137. 260. 382. *480. *632.
difficilis 133. 145. 188. 203. 415. 446. 630.
dignitas 292.
dignus 55. 78. 441.
diligentia 349.
diligere 557. 623.
dimidium 282.
dimittere 87. 138. 459.
dinoscere (661).
discere 130. 139. 213. 502. 633.
discipulus 123.
discordia 131.
disertus *684.
dissimulare 510.
diu 26. 125. 212. 249. 389. 572.
diuturnitas 422.
dives 644.
divitiae 237. 456.
docere 60. (213). 309. 453. 524.
docte 544.
doctor 328.
doctus 110. 255.
dolere 25. 27. 506.
dolor 81. 96. 129. 143. 145. 147. 211. 218. 268. 294. 457. 463. 495. 559. 600.
domare 301. 422. (661).
dominari 213.
dominatus 544.
dominus 322. 486. (669).
domus 155.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET VAL. CHR. FR. ROST.

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt:	mß	Ngr.
Aeschinis oratio in Ctesiphontem, notis instr. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826	—	7½
Aeschyli Choephorae, illustr. *R. H. Klausen.* 8. mai. 1835 . . .	—	22½
—— Agamemno, illustr. *R. H. Klausen.* Ed. II. ed. *R. Enger.* 8. mai. 1863	1	7½
Anacreontis carmina, **Sapphus** et **Erinnae** fragmenta, annotatt. illustr. *E. A. Moebius.* 8. mai. 1826.	—	6
Aristophanis Nubes. Ed. illustr. praef. est *W. S. Teuffel.* Ed. II. 8. mai. 1863	—	12
Delectus epigrammatum Graecorum, novo ordine conc. et comment. instr. *Fr. Jacobs.* 8. mai. 1826	—	18
Demosthenis conciones, rec. et explic. *H. Sauppe.* Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845 . . .	—	10
Euripidis tragoediae, ed. *Pflugk* et *Klotz.* Vol. I, II et III. Sect. I—III.	4	27
Einzeln:		
—— Medea. Ed. III	—	15
—— Hecuba. Ed. II	—	12
—— Andromacha. Ed. II	—	12
—— Heraclidae. Ed. II.	—	12
—— Helena. Ed. II	—	12
—— Alcestis. Ed. II	—	12
—— Hercules furens	—	18
—— Phoenissae	—	18
—— Orestes	—	12
—— Iphigenia Taurica	—	12
—— Iphigenia quae est Aulide	—	12
Hesiodi carmina, recens. et illustr. *C. Goettling.* Ed. II. 8. mai. 1843	1	—
Einzeln:		
—— Theogonia	—	7½
—— Scutum Herculis	—	5
—— Opera et dies	—	10
—— Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi	—	15
Homeri Ilias, varietat. lect. adi. *Spitzner.* Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36	1	15
Einzeln:		
—— Sect. I. lib. 1—6	—	9
—— Sect. II. lib. 7—12	—	9
—— Sect. III. lib. 13—18	—	13½
—— Sect. IV. lib. 19—24	—	13½
Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält.		
Lysiae et **Aeschinis** orationes selectae, ed. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826	—	15
Lysiae orationes selectae, ed. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826	—	9
Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. *L. Dissen.* Ed. II. cur. *Schneidewin.* Vol. I. 1843	1	9
—— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 Ngr.)	1	—
Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit *G. Stallbaum.* X voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—61. compl.	21	15
Einzeln:		
—— Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858	—	24

Digitized by Google

Platonis opera omnia ed. *G. Stallbaum.*		
—— Phaedo. Ed. IIII. cur. *Wohlrab.* 1866	—	27
—— Symposium c. ind. Ed. III. 1852	—	22½
—— Gorgias. Ed. III. 1861	—	24
—— Protagoras c. ind. Ed. III. ed. *Kroschel.* 1865	—	18
—— Politia sive de republica libri decem. 2 voll. Ed. II	2	15
Einzeln:		
—— —— Vol. I. lib. I—V. 1858	1	12
—— —— Vol. II. lib. VI—X. 1859	1	3
—— Phaedrus. Ed. II. 1857	—	24
—— Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857	—	27
—— Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857	—	27
—— Cratylus cum. ind. 1835	—	27
—— Euthydemus. 1836	—	21
—— Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae, Hipparchus. 1836	1	12
—— Timaeus et Critias. 1838	1	24
—— Theaetetus. Ed. II. rec. *Wohlrab.* 1869	1	—
—— Sophista. 1840	—	27
—— Politicus et incerti auctoris Minos. 1841	—	27
—— Philebus. 1842	—	27
—— Leges. Vol. I. lib. I—IV. 1858	1	6
—— —— Vol. II. lib. V—VIII. 1859	1	6
—— —— Vol. III. lib. IX—XII. et Epinomis. 1860	1	6
Sophoclis tragoediae, rec. et explan. *E. Wunderus.* 2 voll. 8. mai. 1847—1857	3	—
Einzeln:		
—— Philoctetes. Ed. III	—	12
—— Oedipus tyrannus. Ed. IV	—	12
—— Oedipus Coloneus. Ed. III	—	18
—— Antigona. Ed. IV	—	12
—— Electra. Ed. III	—	12
—— Aiax. Ed. III	—	12
—— Trachiniae. Ed. II.	—	12
Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII, explan. *E. F. Poppo.* 4 voll. 8. mai. 1843—1866	4	—
Einzeln:		
—— Lib. I. Ed. II.	1	—
—— Lib. II. Ed. II.	—	22½
—— Lib. III.	—	18
—— Lib. IV.	—	15
—— Lib. V.	—	15
—— Lib. VI.	—	18
—— Lib. VII.	—	15
—— Lib. VIII.	—	15
—— Indices et de historia Thucydidea commentatio	—	20
Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. *F. A. Bornemann.* 8. mai. 1838	—	15
—— Memorabilia (Commentarii), illustr. *R. Kühner.* 8. mai. 1858. Ed. II	—	27
—— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. *R. Kühner.* 1852	1	6
Einzeln à 18 Ngr.:		
Sect. I. lib. I—IV.		
Sect. II. lib. V—VIII.		
—— Oeconomicus, rec. et explan. *L. Breitenbach.* 8. mai. 1841	—	15
—— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843	—	12
—— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844	—	7
—— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853.	—	12
—— —— Sect. II. (lib. III—VII.), ex ead. rec. 8. mai. 1863	1	18

Unter der Presse befindet sich:

Pindari carmina edd. *L. Dissen* et *F. W. Schneidewin.* Sect. II. Fasc. III.: Commentarius in Carmina Nemea et Isthmia nec non in fragmenta ab *E. de Leutsch* confectus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ls 53.30
Publilii Syri Sententiae
Widener Library
006370601
3 2044 085 233 328

Digitized by Google